
BIBLIOTECA · DEL · DUQUE · DE · OSUNA






LVDOVICI XIII. FRANCIAE, ET NAVARRAE REGIS CHRISTIANISSIMI TRIVMPHVS

DE RVPELLA CAPTA,

Ab alumnis Claromontani Collegij Societatis IESV *vario carminum genere celebratus.*



PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, via Iacobæa, ſub Ciconiis.

M. DC. XXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

LVDOVICO XIII

REGI CHRISTIANISSIMO

IVSTO PIO FELICI

REBELLIVM DOMITORI

PVBLICÆ PACIS ASSERTORI

PATRI PATRIÆ

QVOD RVPELLA INEXPVGNABILI ARCE ANNVA OBSIDIONE TERRA MARIQVE VALLATA ET IMPRIMIS ACTO PER MARE STVPENDI OPERIS AGGERE AD DEDITIONEM COMPVLSA VICTOR AC TRIVMPHANS ET OMNIVM ANTE SE PRINCIPVM GLORIAM SVPERGRESSVS OPTATISSIMVM SVI CONSPECTVM CIVIBVS SVIS REDDIDERIT,

CLAROMONTANI COLLEGII SOC. IESV ALVMNI
VT IN PVBLICA HILARITATE
PRIVATAM TESTARENTVR
VOTI COMPOTES POSVERE.



Le traict d'vne image fardee,
Ne fut jamais digne de toy:
Dieu seul ta peint dans son idee,
Pour le modele dun bon Roy.

Jac. Honervogt ex.



AD LVDOVICVM XIII. ODE TRIVMPHI REGII DEDICATORIA.

*OST longa ſæuis bella cruoribus*
Confecta, & vrbes excidio datas,
Latéque Romanis ſubacta
Faſcibus, Imperióque regna,

Auro coruſci Romulidum duces
Egêre celſos in Capitolium
Currus, triumphaléſque lauros
In gremio poſuere diuûm.

Ibat catenis colla trahentibus,
Reducta tergo brachia ſuſtinens
Captiua victoris ſuperbi
Ante rotas peditum caterua:

Queis ſceptra belli extorſerat impotens
Fortuna, vel quos militiæ decus
Hoſtilis ingenti paratos
Altiùs extulerat ruinæ.

Tùm quæ refractis oppida mœnibus,
Strataque turres ariete ceſſerant,
Impacta ſeu claßis profundo,
Mille aderant ſimulata formis.

Hinc luce fulgens miles ahenea,
Inter ſtrepentum murmura cornuum,
Non elaborato canebat
Pone ſequens Ducis arma verſu.

Hoc ſi priorum more Quiritium
Iuuet triumphum ducere; quis tuo,
Flos ſceptra geſtantum! fuiſſet
Dignior hac volitare pompa:

Quem tu recenti munere Cœlitum
Fuſis cruento marte rebellibus,
Et vrbis inuictæ potitus
Mœnibus, in patriam reportas?

Hoc iuſtiorem nulla nepotibus
Tranſmiſit ætas: nec cupido magis
Ardore ſpectantum, ducíſque
Auſpicio melioris actum.

Seu de Latinis, ſeu Danais iuuet
Proferre faſtis, qui domito decus
Ab hoſte, victuráſque ſeris
Temporibus peperêre palmas.

Tot vna regum facta potentium:
Tot gentium auſus æquat adorea,
Aut vincit: ô Francorum, & orbis
Delitiæ, columénque princeps!

Nam quæ Deorum condita nobili
Sudore quondam mœnia, vel manu
Educta Cyclopum, laborent
Santonicam æquiparare Rupem?

Horrenda quiſquis robora perfidæ
Ignorat vrbis; hic pelagi procul
Per cuncta, terrarúmque neſcit
Sparſa, loqui properante famâ.

Adde infidelis non ſemel impetus
Fractos Britanni, caſtráque Ræicis
Immiſſa nequicquam ſalinis
Strage virûm populata turpi.

Exinde iactis molibus improbum
Producta in hoſtem clauſtra, quibus furor
Compreſſus, eluſæque claſſes
Rupis in auxilium citatæ.

Hæc bellicoſo fercula principi
Aptaret ætas priſca. tibi hoc mage
Virtus honoratum frequentes
Deſtinat in populos triumphum.

Non vincta ferro colla trahis ducum.
At monſtra, peſtéſque exitio ſatas
Regni, catenatámque circùm
Perfidiam, ſociaſque raptas

Diras, & atris HÆRESIN *anguibus*
Flammíſque cinctam: quam rabidus FVROR,
BELLVMQVE, *pallentique* LETHO
Iuncta FAMES *mediam coërcent.*

Non ficta murorum effigies præit.
Sed de refectis Cælicolûm ædibus,
Ariſque te Chriſtum profeſſæ
Gentis honor comitatus ambit.

Nunc proſequentum quò rudis agminum
Pompam hanc honeſtet Muſa: quod vnicum
Reſtabat: oblato iuuentus
Hoc tibi ritè parat TRIVMPHO.



DE LVDOVICI XIII REBVS AD RVPELLAM GESTIS.

Panegyricum Carmen.



ROGENIEM *Diuûm Heroas, vel numina cælo*
Lapſa, laborantes certis inuiſere terras
Temporibus, fictáque hominum ſub imagine ferri,
Græcia iactauit quondam. ſeu monſtra ſub auras
Irata ediderat tellus: ſeu viribus actos
Sub iuga mortales premerent impune Tyranni.
Hæc ſi fama fidem poterat meruiſſe: nec vlla
Iuſtiùs aduentúmque Dei, LODOICE, *manúmque*
Soſpitis optaret, quàm quæ modò voluitur ætas:
Nec qui Francigenis poſſet Deus ille videri,
Æternúmque coli, fuerat te dignior alter.
Hunc tua iamdudum de te tibi Gallia ſenſum
Debet: in hunc vo es, atque ora fauentia ſoluit
Tempore ab hoc, fauſtis quo per ſolemnia regnum

Cepisti auspiciis, rerum ad fastigia ductus.
Quippe tibi haud vllus meritis vacat, optime regum,
Ex illo, decoríque locus. Sed enim vltima demum
Facta tibi istius speciem modò numinis implent,
Illa ego, post superos, quæ te, maiora secutus,
Auspice venturis post sera nepotibus edam
Sæcula quamprimùm, nec longa exorsa morabor.
Iam propè centenos repetitis flexibus orbes
Explicuit Titan, ex quo Phlegethonte sub imo
Obscura sata nocte, Deóque inuisa propago,
Francigenûm in pestem diris accincta venenis
Hæresis in regnum Franciæ grassatio. *Hæresis incubuit regno, non serpere primùm*
Ausa palam, & suspensa metu vestigia librans:
Mox caput attollens, atque ardua colla, per vrbes
Grassari, & patriis iactare incendia templis;
Proturbare domos, raptásque à sedibus arces
Vertere; ciuili populos committere ferro.
Quicquid id est, quod quisque oculis spectasse malorum,
Vel sibi longæuos meminit cecinisse parentes.
Quorum semirutas inter vestigia moles
Nunc quoque pòst tanto videas. Quid ego impia bella,
Oppositásque acies, coniuratósque potentis
Exitium in regni proceres, tot strata per agros
Agmina vtrimq; ducum, & manantes sanguine campos
Aut gemere, aut longo coner comprehendere versu?
Atque ea ne raptim, ac celeri transmissa putares
Turbine: qualis agris collecta superuenit imbris,
Grandinis aut fœdæ, cælo incumbente, procella:
Vel præceps per saxa ruit decliuia torrens,
Pestis vtrumque satis. Non sic manus improba Franci

Nominis excidium, & sceptri molita, furorem
Præcipiti effudit saltu, ac sublapsa recessit.
Quin ipso regni in gremio noua condere regna,
Ceu iam nulla forent, stabilémque orientis habere
Imperij sedem, captiua per oppida certant,
Pignoris extorta in speciem, ac tutamina ficti
Fida metus. Hæc aduersis tibi, Francia, nacti
Numinibus, quamuis opere haud infirma, sitúque,
Acrius obnixi, vallóque & molibus arcent.
Præcipuè tamen, & cunctis magis vrbibus vnam
Delegêre caput rerum, quam Santonis æstus
Alluit Oceani. Rupem dixere minorem Rupella hæresis arx.
Indigenæ. non illa quidem vetere inclyta famâ,
Nec priscis fundata opibus, quo tempore fortes
Crinigeri primâ Francos de stirpe regebant.
Hunc, vt Aquitanos fines, & litora iuxta
Fortè citis euecta superuolitauerat alis,
Contemplata locum pestis Cocytia, sedem
Destinat, & summo rupis de vertice signum
Ære cauo increpitans, vocat agmina mista nocentum.
Conueniunt quibus acta fugam male vita, faméque
Suaserat, aut primos nouitas blandita sub ortus
Sacrilegum ad cultum, furtiuáque sacra trahebat.
Qui licitas olim victum exercere per artes
Insoliti, rapto, aut alienis pascere ventrem
Assuerant epulis, turpe, & sine nomine vulgus.
Hûc vbi diuersis collecti ex vrbibus omnes
Constituêre larem certum, molimine longo
Instaurant arces, & propugnacula firmant,
Mœniáque attollunt, fossísque ingentibus vrbem,

Altius exhausta circum tellure, coronant.
Nulla quies; non hic operæ, neque sumptibus vllis
Parcitur. aßistunt furiæ, stimulisque lacessunt.
Nec verò ille suis caruit succeßibus ardor.
Vidi ego, qui longo diuersa per æquora cursu
Terrarúmque plagas omnes, atque intima regna
Errarat, studio relegens quæcumque per orbem
Artifici vallata manu, & fortißima surgunt
Oppida, quæ constans tollit super æthera rumor.
At nihil vsquam operis visum auditúmque ferebat,
Quod non Santonicæ tantum decederet arci,
Quantum humiles cliui, elatâ supèr Alpe, recumbunt.
Prædonum his confisa manus, duratáque bello,
Quod non ausa nefas? quas non contemnere leges?
Non illi rerum dominos, non publica regni
Iura, magistratúsque pati. Sua cuique libido
Fas erat. Vt quondam Siculis immane sub antris
Concilium indociles sceptri Cyclopes habebant.
Quorum vtinam ad mores, & sola exempla superbos
Exigerent fastus: suáque intra septa repreßi
Non hæc perniciem ad regni contagia sensim
Porrigerent! vicina lues ceu corpora primò
Arripit: inde alios lethali interficit haustu.
Atque ea per Francos iamdudum indigna videri,
Nec populos mouêre minus, quàm sceptra tenentes.
Quippe genus regi addictum, & tractabile Franci
Præ cunctis, carique minùs genitoris amantes,
Quàm ducis, externæ nisi quem consortia gentis
Inficiant patriósque vetent inolescere mores.
Ergo armis, opibúsque ambo rescindere adorti

Dedecus hoc regni, labémque in maius ituram
Exitium. at iustis conatibus, heu quod iniquum
Numen & offensi grauis inclementia cæli Rupella olim obsessa, sed frustra.
Talia versantum medios intercipit ausus!
Obsessi haud potuere capi. Nihil amplius actum
Tot rerum impensis, quàm se vt regalibus armis
Esse pares, tanto experti discrimine, nossent.
Sed quid ego aduersos superos, neque numina nostris
Rebus amica queror? non hac onerare priores
Inuidia, iratisque pium est adscribere diuis.
Quin potius nondum his cœptis fatale sub auras
Isse genus regum, ac decus immortale fatendum est.
Hæc tibi sors, LODOICE, *tuísque ingentibus olim* Ludouicus fatalis ad expugnationem Rupellæ princeps,
Debita erat titulis. sic fata immota ferebant,
Non quæ ficta iubent veterum ludibria vatum
Parcarum teretes per stamina voluere fusos:
Neu vis illa Deûm, venturáque deterat ætas,
Aut silice in duro, duro aut adamante recondunt.
Sed quæ magna Dei mens, haud ignari futuri,
Fixit ab æterno tardis orientia seclis.
Hæc te subsidio Francis optantibus vltrò
Indulsêre satum ætheria de stirpe, piique
Nominis hæredem, iam spe melioris abacta
Temporis, vt latè pacatis finibus arces
Prædonum excuteres manibus, populósque rebelles
Sub iuga non armis mage, quàm pietate, Deique,
Quem tu circunfers comitem, terrore vocares.
Nam Deus his cœptis aderat Deus. hic tua, Princeps,
Pectora iampridem, & castæ penetralia mentis
Occupat, innocuos gaudens habitare recessus.

Hic te conſiliis, hic te virtute, manúque
Inſtruit, hic dubiis prohibet diffidere rebus:
Præſentéſque ſacris animos afflatibus auget.
Talibus affixum curis, tum longa precando
Tempora ducentem, per tot commercia ſummi
Numinis, arcanos puro quis pectore ſenſus
Hinc haurire neget, rebúſque aptare gerendis,
Inſtinctúque regi Superum? Cui credere cordi
Non erit; ille Numæ potiùs cum coniuge Nympha
Valle in Aricina; nemora inter denſa, receſſus
Audiat? aut ſi quem Dictæo iactat in antro
Neſcia gens falſi, leges & iura parantem,
Conſediſſe, nouémque Ioui conſueſſe per annos.
At non ambiguis ſuperum hæc oracula conſtant
Indiciis. Ac te monitis cæleſtibus actum
Has martis tentaſſe vices, & in arma ruiſſe,
Euentu, LODOICE, doces. Non prima retexam
Regis expeditio in Bearnos & Aquitanos.
Caſtra Pyrenæi Benearnicus accola ſaltus,
Quæ timuit, veniámque vltro ſine marte popoſcit.
Mox iiſdem auſpiciis, & eodem fulmine belli
Strauit Aquitanas felix exercitas arces,
Quò ſe proripiens, campo deceſſerat agmen,
Nec minùs in vaſtis Rieſarum oppreſſus arenis
Improuiſa acie, fuſúſque tacebitur hoſtis.
Longa operum ambages: quanquam hæc ad bella cientē
Haud dubiè teſtata Deûm. tamen vltimæ produnt
Clarius hortatu diuûm tua tendere ſigna
Quô pietas rapit, aut titubantis gloria regni.
Quis cum Ræiaca pulſis ſtatione Britannis
Santonicam forti circumdare milite Rupem,

Aggeribus iactis terra, pelagóque parares,
Attonitus primùm tantis non horruit ausis?
Ipsi adeò trepidare duces, ipsique sacrati
Concilij proceres, & prouida pectora motu
Hærere ancipiti. nec verò impunè tot annos
Detrectare iugum, dominique illudere sceptris
Rupellam optabant. tamen haud properanda fateri
Obsidia, exhaustis crebros iam martis in vsus
Regni opibus, populísque graui sub pondere fessis.
Vt cùm præcipiti in suprema pericula morbo
Pæoniis æger succis, atque arte magistra
Ereptus, maciéque & lenta tabe fatiscit.
Acer in incepto, reliquis cunctantibus, vnus
Perstabat iuuenis; stimulisque haud mollibus intùs
Vrgeri se fassus, in hæc discrimina secum
Audentes rapit, atque inimica ad mœnia ducit.
Inuadunt, operique manus, atque arma volentes
Expediunt. Tùm, quâ tellus patet, aggere Rupem Rupella terra primùm obsessa, sed frustrà.
Castrorum, & fossâ, densâ simul arce coronant.
Hæc super inclusi muris speculantur ab altis,
Illudúntque minas, & inania cœpta rebelles.
Nam quid claustra iuuat terra circundare, & hostem
Accessu prohibere soli, si liber ab alto
Est aditus, portúmque rates impune capessunt,
Tela, viros, nec non Cerealia dona ferentes?
Quippe vbi Santonici se littoris ora cadentem Situs Rupellani portus.
Porrigit in solem, extremisque obuertit Iberis,
Funditur obliquis sinuatum faucibus æquor,
Angustósque aperit portus: queis candida latè Rupella vulgò ab Anglis vrbs candida
Littora, Rupellæque incumbunt desuper arces.

dicitur, ob cādicantes scopulos. Ioannes Frater Lauallensis lib. XXIII. Ciuilium bellorum.

Ræia ab aduerso prætenditur, insula Bacchi
Fertilis ante alias, salientis & vbere crustæ.
Nunc armis, LODOICE, *tuis, & clade Britanni*
Clarior; infaustis qui per freta claßibus illùc
Milite compulso, dum, quæ tentauerat armis,
Thorasio defensa duci castella relinquit,
Tergáque dat, missos fugiens trans æquora Francos,
Obruitur, latóque insternit funere campum.
Verùm aliis (neque enim fas est euoluere cuncta)
Pars erit hæc non parua tui memoranda triumphi,
Expertúsque fauor superûm, qui plurimus in te
Cardine in hoc rerum, ac tantis inclaruit orsis.
Nunc incepta sequar. Tali Rupella subinde
Opportuna loco, cùm per freta longa vagantes
Mitteret, haud vllo cursum prohibente, carinas:
Seu paßim auxilio subeuntibus ostia velis
Panderet, æstus vt ad portum propellere naues
Cœperat: aut reuehens secum effundebat in altum.
Ludus erat, ficta belli sub imagine, septos
Mœnibus inuictis quatere, aut commercia terræ
Obstruere, in præsens opibus pensata marinis.
Non aliter magna in sylua, si fortè latentem
Fallere, præcipitémque agitare in retia prædam
Venanti est animus, densis nisi caßibus omnem
Obsidas aditum, fidáque indagine cingas,
Elapsam insidiis frustrà sectabere prædam.
Repperit his tandem auxilium, tua, maxime regum,
Prouida mens, monstrante Deo. Quis talibus ausis
Abnuat auctorem? Moles impressa profundo,
Quam nemo capere antè animo sine numine posset;

Non alius præter Francorum attollere regem,
Fallor? an externi Ducis hæc mirantis ab ore
Verba excepta loquor? qui per tua castra propinquos Spinolæ ducis de operibus regis iudicium.
Dum petit Hesperiæ fines, pérque omnia ductus
Intentos oculos, animúmque ad singula versat,
Horruit, ac tali mentem cum voce reclusit.
Et non ille quidem bellique, operúmque, laborúmque
Inscius, obsessas queis mos amplectier arces:
Soláque tum tanti extabant primordia cœpti.
Sed quibus hoc verbis, quanam hæc miracula voce
Exequar? vnde pares animos in carmina sumam?
Tentandum est tamen, vt sæclis tam magna futuris
Transmittam, neque longa situ hæc obliuia carpant.



PANEGYRICI
PARS ALTERA,

Quæ stupenda ad Rupellæ obsidionem Christianissimi Regis opera, & eiusdem obsidionis exitum describit.

Aggeris descriptio.



ARTE sinus media, spatium quà fusus in arctum,
Littore laxato, glomeratas colligit vndas,
Agger in aduersas ab vtraque crepidine terras
Latior, ad summum paulatim angustior exit.
Hîc primùm erectæque trabes, nudique per alueum
Gurgitis impactæ, cùm se maris vnda referret
Æstibus alternis. mox ferri robore multo
Innectunt tabulata super. caua deinde soluto
Saxorum aggestu, vastisque molaribus implent.
Nec vincire opus est. multo nam turbida cœno
Glarea, & eiectæ voluuntur ab æquore sordes.
Hîc trabibus, saxisque tenàx vbi limus adhæsit,
Calce magis, ferróve ligat. non illa reclinans
Perpetuum dorsum spumantibus obiicit vndis.
Sed medio coitura freto dant brachia stagnis
Interrupta viam. quà ne transcurrere lembi
Subsidio clausis possint, & fallere furto,

Hinc atque hinc densæ claudunt diuortia puppes.
Oppositæ muris aliæ stant ordine longo.
Altera venturos à tergo prospicit hostes
Curuata in lunam classis, frontémque minacem
Obiicit: Instructæ tormentis grandibus omnes,
Atque viris, aditum tuta statione coërcent.
At medio in spatio, geminus quà deficit agger,
Ac totidem in pontum transuersis cornibus exit,
Longa operum series variorum. Hîc machina textis
Roboribus, ferro, clauisque trabalibus hæret,
Obiectura moras hosti. æratúsque catenæ,
Et ratibus suspensus obex currentia in altum
Cornua committit. quem tigna arrecta sequuntur
Sessilis in morem lychnuchi. hinc vndique sparsæ,
Hærentésque vadis fundum tenuêre carinæ.
Vt si marte viam perrumpere vellet aperto;
Siue per obscuræ captata silentia noctis
Gens inimica rates ageret, deprensa tot inter
Sisteret anfractus. Ceu quondam littora propter
Vimineas circum crates, & virgea claustra,
Retia piscator sudibus suspendit acutis,
Angustos linquens aditus. Stat rupe sub alta
Captiuum opperiens. ille impiger adnatat, & se,
Nactus iter, foribus præceps immittit apertis.
Mox sensim, labente salo, vt subsidere cœpit,
Huc illúcque fuga luctatur, & humida circum
Lina ruit frustrà trepidans. latera omnia cingunt
Oppositi casses, & densis funibus arcent.
Aggeris hæc vasti facies, molisque superbæ
Immanis labor. exuperat tamen omnia præsens

Lunata classis.

Machinæ ligneæ quæ lunatam classem excipiebant.

Catena nauibus suspensa.

Candelabra vulgo nominata.

Naues in mare demersæ.

Eiusmodi septa viminea Neustriani litoris accolæ nominant *des parcs.*

Argumentum operis, quæ vel sibi fingere quisque
Audeat absenti, vel quæ sermone profari.
Et quanquam imparibus, quò me rapit impetus, alis
Extulerim nondum ad fastigia tanta volatum:
Non tamen vsque adeò paruum est quodcunque canendo
Hausimus, ut cuiquam poßis conferre secundum.
Ire libet per cuncta, vetus quæ laudibus ætas
Egit in immensum, Graiis cantata camœnis,
Aut Latiis regum, ac populorum ingentia facta.
Nec verò ignauas moles, memorandáque solis
Pyramides Ægypti. *Sumptibus illa loquor, Phariis quæ regibus ardor*
Laudis, opésque diu populi per damna paratæ
Extuderant. non Assyrias educta per vrbes
Barbarico luxu decoris monimenta superbi.
Hæc subeant potiùs, pariles quæ vertit in vsus
Martis amor, trans & liquida æquora, tránsque sonantes
Exponens fluuios metuendum gentibus agmen.
Xerxis pons. *Ille per angustas Phryxæi limitis vndas*
Impositus quondam, ac religatis puppibus actus
Pontis Achæmenij labor haud inglorius exstat.
Quippe Asiam Europæ, Hesperiis infudit Eoos.
Darij Hystaspidæ pons Danubio impositus. *Ante hunc & tumidi qui terga liquentia frænans*
Danubij Geticas martem transuexit in oras,
Pars quota molis erant nostræ? Neque enim æquor vtrunque
Oceani furiis, fremitúque assurgit aquarum.
Pontes illi nauibus impositi, non in fundum impacti fuerunt. *Neutra quoque in totum steterat durabilis annum*
Machina: nec medio in fluctu depacta resedit:
Nil præter solitum fluitans in marmore summo.

Adde quòd illa prius ventis quassata, iugúmque
Indignante freto, laxa compage soluta est:
Immensóque ruens sonitu subsedit aquæ pons.
Ecce alius fractis Persarum viribus, orbem
Solis ad extremum surgentis, & vltima tendens
Regna, moram belli Tyrias præuertitur arces:
Insula erat: quam dum terris committere iactâ
Mole parat, stratisque aduoluens grandia saxa
Arboribus, iamiámque agit, & spe deuorat vrbem.
Vastior incumbens, Afro impellente, procella
Fluctibus, & crebro concussam verbere, in æquor
Præcipitem trahit: ac collapsam turbine magno,
Cum saxis, trabibúsque, virísque, armísque, dehiscens
Corripit vnda vadis, altáque voragine mergit.
Nostra nec vndarum incursu labefacta, nec atris
Turbinibus conuulsa, minas, & inania ridet
Prælia ventorum, fundòque immota resistit.
Imo etiam, quò se violentiùs æquore ab alto
Spumea saxa, fremens, molémque superiacit æstus,
Hoc magis illa coit, & robore fixa suo stat.
Mira quidem canimus, sed non indebita, si quis
Æstimet authorem. quippe haud mortalibus illa
Consiliis surgens, fas immortale meretur.
Ne tamen humanis opibus, operísque putares
Ingenio, tot se vndarum voluentia contra
Agmina, tot ventorum olim tenuisse procellas:
Donec erant hostes, & adhuc claudenda Britannis
Mœnia: ceu pelagi rupes, immobilis hæsit.
Vt victi cessêre loco, dominúmque potentem
Rupella accipiens longa obsidione soluta est,

Xerxis pons primò subsedit.

Alexãder aggerẽ per mare egit ad Tyrum, qui fluctuum impetu statim dissolutus est, sine vllo operæ pretio.

Tunc ſua quamprimùm pelago, ventíſque poteſtas
Reddita. tunc vacuas moles, & inertia clauſtra
Frangere poſſe datum eſt. partem non maxima demum
Rupit hiems: & quid, ſinerent modo numina, quondam
Vis eadem poſſet, iam non metuenda probauit.

Anne aliud memorem? Ni nos emenſa fatigant
Curricula inſuetos olim, nec ad otia factos
Carminis iſtius; paulum hunc intendere curſum
Impetus eſt, metiſque retrò properare relictis.
Scilicet authorem belli huius, & arma cientem,
Defenſúmque Deo caput, & fatale domandis
Hoſtibus amborum, certis deprendere ſignis,
Carminis iſte mei labor eſt. huic deinde canendo
Quod ſupereſt addam, nec longa ambage tenebo.

Mirum in illa mole excitãda, quod ab hoſtium pilis æneis parum admodum læſi ſint artifices.

Regia dum moles ab aquis aſſurgit eundo,
Incumbúntque manus operi, dum littora feruent,
Non labor in tuto eſt. nam cladis imagine certa
Territus, & quà iam terris excluſerat hoſtis,
Hac ſeſe à pelago metuens indagine cingi
Rupicola infelix, varias ſe verſat in artes.
Vt fera, dilapſam ſiluis quam denſa fatigant
Agmina venantum, factâ ſi fortè corona
Claudere iter tentent, partem ſe torquet in omnem,
Si qua viam in latebras, & nota cubilia monſtret.
Is furor obſeſsis: magnum quia molis adactæ
Rumpere iter, propiúſque vetant ſuccedere noſtri,
Eminus inſtantes operi, totóque vagantes
Aggere tormentis, ferrique ſonoribus arcent.
Nec minus è caſtris, altáque crepidine curui
Littoris horrendo reſponſant murmure Franci.

Crebra loco statio, muralísque addita circum
Machina, ferratos premit æneo pondere currus.
Immanésque cauos, atque ora sonantia flammis
Mœnibus obuertens, vbi denso fomite paruam
Arripuit scintillam, it ferrea massa per auras
Fumiferam attollens commixto sulphure nubem,
Fulminis inque modum muros contorta, domósque
Saxáque, & immensas magna vi corripit arces.
Hanc Erebi princeps pestem mortalibus olim
Lethi omnes aperire vias & criminis ausus,
Monstrasse, & Stygiis fertur properasse sub antris
Tartareum chalybem. quæ deinde exorsa sequutus
Publicus in populos bellantum immiscuit vsus.
His tùm missilibus Francos habitator agebat
Deuotæ excidio Rupis, detrudere adortus
Hærentes vallo, aut vasta miscere ruina:
Artificúmque manum, & pulchros turbare labores.
Frustrà autem. Neque enim quenquam discriminis horror,
Non sonitus lethum portantis ab æthere massæ
Terruit, incœptóque fugam præuertere suasit.
Intrepidi perstant. Medio sic gurgite Nili
Stat breuis Inachiæ quondam sacrata iuuencæ
Insula, quam primi sub tempora veris hirundo
Agmine densa petit, paleásque, & stramina circùm
Ore legens, longo, dictu mirabile, firmat
Obiice. nec requies fessis: noctémque diémque
Continuant opere, & quadam dulcedine tactæ,
Sæpe animas etiam grato impendêre labori.
Ni faciant, terram & longi munimina rostri

Disposita ab rege passim muralia tormenta, eorúmque descriptio.

Author machinæ istius, & inuenti.

Plinius lib. x. cap XXXIII. de insula Nili, quam hirundines aggere muniunt.

Allisi lacerent fluctus, spargántque per vndas.
Sic operum incensi studiis, & amore feruntur.
Inque vicem curas partiti, vt cuique tulit sors,
Grandibus incumbunt saxis, ferrúmque, trabésque
Conuectant, subeúntque humeris ingentia tigna.
Hi fodiunt, fugiente salo. Nec tegmina ab hoste
Defendunt: dubiis exponunt corpora telis
Nuda. sed expostis pro tegmine corpora præsens.
Nuda Deus, carique Deo fortuna tuetur
Principis. ambo aderant, tacitísque hortatibus ille,
Hic coram alloquiis animos facit. Aduolat vnâ
Turba frequens procerum, mediúmque amplexa tuetur
Hinc atque hinc stipata Ducem. quos, sideris instar,
Inter honoratum latè caput arduus infert
Richelius, Romana humeros cui purpura vestit.

Illustr. Cardin. Richelius magna pars gestarum rerum, atque victoriæ.

Nec verò indictum nostro te carmine fas est
Præteriisse mihi, rerum pars maxima, Franci
Nominis & regni columen. quo iustius author
His nemo inceptis, & ad huius pondera belli
Tertius adscribi à superis, ac rege meretur.
Quî cùm peruigiles curas, sacratáque mentis
Abdita, nec faciles regni partitur habenas.
Quem Deus æternis rerum primordia versans
Consiliis, populique memor tot casibus acti;
Hæresis, indomitæque olim dum destinat vrbis
Fatalem excidio Regem, non mollibus ausis
Participem, tantísque parem conatibus addens,
Ingenio, summique opibus præstruxit honoris.
Hac comitante manu, & discriminis immemor, vltrò
Crebrà laborantum, & duro sub fasce gementum
Agmen

Agmen obit Princeps, & quâ se prouidus Heros
Fert, comitem per cuncta Deum rapit. auctus vtrumque
Fecit adesse fidem vallum properantibus ardor.
Tùm nec opina salus. Cùm tot per inane volutæ
Affluerent mortes; tàm crebrâ grandine tortæ
Inter saxa pilæ, Neptuniáque arua perirent;
Pectora qui tantis nunquam cessisse periclis,
Corporáque his intacta, Deo sine vindice, credit,
Esse Deum ignorat. vel si fors Numinis intus
Esse aliquid sperat: partes iniungit easdem,
Quas prius Actæi cultor mandauerat horti. Epicurus.

Vos procul inde suburbanæ mihi cortis alumni
Ferte pedem ignari rerum: quibus vna fruendæ
Causa subest lucis, proiectum in pabula ventrem
Exsaturare epulis, turpive immergere cœno.
Qui solem hunc, terræq; globum, campósque profundos
Æquoris immensi, complexúmque omnia corpus
Æternásque vices mundi, tot nocte serena
Collucere suprà flammas, tot lapsibus infrà
In mare perpetuis fontésque amnésque reuolui:
Cætera quæ curas hominum collecta fatigant,
Non aliis, quàm prona pecus, spectatis ocellis.
Certè, ego quæ potui nonnullo numinis haustu
In Regem effusi superûm monimenta fauoris
Haud fictis aperire modis; quæque auribus hausi,
Regna per & populos constanti didita fama,
Conciliant vatique fidem, subigúntque fateri
Hunc humana supra fastigia tollere celsum
Non auro, gemmisque nouo sub sole refossis,
Sed meritis & amore caput (nam mutuus ardet)

Aduersus Epicureos & Atheos Dei in his rebus ab rege gestis prouidentia prædicatur.

Amborum, Regem hinc Domini tutantis alumnum,
Inde pio cultu Dominum venerantis alumni.
Ac ne obſcura tamen, dubitandáque numinis iſtæc
Argumenta putes. equidem non illa fateri
Certius his expreſſa notis miracula cogar,
Cœlicolum quondam generi quæ proxima, Francis
Regibus indulſit liquidi ſacer vnctus oliui:
Glandibus obſcœnis releuare tumentia colla,
Queis regum haud alio fas eſt manſueſcere tactu.
Adiice nunc quodcunque noui poſt deinde ſequutum
Anglorum gemina expeditio.
Nec multis aperire libet: neque funditus omnem
Geſtorum ſeriem, & faſtigia ſumma tacere:
Bis pelago allapſum, ventiſque ferentibus Anglum,
Aggere vt effracto, clauſis penetrabile nautis
Eſſet iter medium: bis noſtro marte repreſſum
Acceleraſſe fugam, & velis abiiſſe retortis.
At quibus, ô ſuperi, prouectus claſsibus in nos
Æquora conſtrauit! quantâ ſe mole carinæ
Intulerant! totidem dicas à ſedibus arces
Inferri pelago, totidémque appellere montes.
Vix ſeſe ex imo faſtigia ad ipſa tuentum
Attollunt oculi. tùm per latera alta feneſtris
Mille vomunt ignes: totis ſeges ærea tranſtris
Stans ferrum intentat, ferrúmque volatile ſpargit.
Nec caput hoc belli, peſtiſque in noſtra paratæ
Exitia. aſt horrenda magis, metuendáque flammas
Naues incendiariæ Anglorum.
Miſcebant duo Saxonicis inuenta Britannis.
Namque habiles lembos, ſummóque natantia tergo
Æquoris expediunt non magnæ texta carinæ.
Quam ſuper arſurámque picem, maſſáſque ſequaces

Vnguinis, & lentum lacrymosi corticis humorem
Iniiciunt. circùm tædas, & stuppea vector
Nutrimenta parat: ferrique, ærisque resecti
Fragmina; sulphureæ meßis quibus addit aceruum.
His instructa dolis, prono seu marmore lapsa,
Seu longis attracta rudentibus horrida pinus
Fertur aquis, fugiénsque secundo pellitur æstu.
Inde, vocat cùm tempus, & hinc se nauita saltu
Eiiciens, primo Vulcani afflauit odore,
It cælo flamma, & crepitans incendia voluit.
Verùm hæc nota prius. nostro, si rite recordor,
Altera nunc æuo est, atque hæc in bella reperta
Machina: quam memorant Diris ex omnibus vnam
Francorum immitem generi, docuisse Britannos.
Turbinis huic vasti species. nam candida in orbem,
Arca velut, gracilis lentescit bractea ferri,
Turget vt in ventrem cucumis. cui desuper ingens
Incumbit tubus, & latum productus ab arcto
Verticem agit supra, radio traiectus aheno.
Tum nitro ac liquido medicatus sulphure puluis
Ingeritur, latéque cauo se infundit hianti.
Hæc pelago: sed ponè fugam moderante carina:
Mittitur: & cauea sidente, supernatat vndas
Fistula. Deinc scopulis simul est allapsa, repulsu
Vertitur in caput, ad solidúmque illisus, & altè
Descendens radius, tùm cæca repagula laxans,
Excudit scintillam. ea puluere rapta, per auras
Dat fremitum horrendum: quo circumiecta fragore
Pulsa tonant maria, & cæli domus alta remugit,
Hæc scopulos; hæc saxa rotat vis. illa reuulsos

Alterum ad emoliendas vi tormentarij pulueris structuras, & quidem recens, inuentum.

Tolleret in cælum, fundæ ceu verbere, montes.
Sic memorant. Tali (canerent si vera poëtæ)
Mole deos contra poterant torquere gigantes
Pelion, aut Homolen, aut iuncta Ceraunia cælo.
Hac tum fraude rates, vallúmque, obicésque parabant
Vrere, & auulsis aditum perrumpere claustris.
Quæ ne monstra bono regi, Francisque nocerent,
Néve piis ductus manibus procumberet agger,
Prouidus auertit cæli regnator, & antè
Prospectare freto dedit, & præuertere pestem.
Omnis ita in medio vis intercepta profundo
Concidit, in ventósque minas effudit inanes.

Anglorũ pauor & desperatio.

Vidit inops animi Saxo, videre rebelles
Inclusi muris: luctu confusus vterque.
Illum etiam pauidus strauit timor, irrita postquam
Tentamenta procul, crudelis & omina pugnæ
Prospicit. Hoc primo expertus, hoc marte sequenti,
Haud vltrà dare sese, armis diffisus & arti,
Sustinet, ac tuta classem statione retentat.
Pacem optat, pacisque petit commercia supplex.
Quis mihi Rupellæ sensúmque, animúmque recludat
Talia cernentis? bis iam cessisse Britannos
Strage super prima. bis iam frustrata suorum
Subsidia: atque iisdem dilapsa ferentibus auris,
Queis inflata domum referebant carbasa victos.
Quô se iterum vertat? quorum socia arma, fidémque
Aduocet? heu vecors! heu cladi addicta supremæ.
Quô te deinde refers? an sit tibi certior vlla,
Quaque data possis melius confidere dextrâ,
Quàm quæ læsa tibi toties, tamen vsque volenti

Tenditur. hac cladem prohibens, tibi parcere gestit
Rex idem tuus, atque parens. huic subdere regi:
Huic de te quicquid superest committe parenti.
Non faciet. neque enim scelerum sat magna suorum Rupellani pertinaces in defectione sua.
Supplicia expendit; nondum sua tela repreßit
Ira Dei vindex. armatæque ignibus atris
Circunstant furiæ vltrices. quas inter oberrans
Illa mihi cantata priùs, vetus hospita sæuit
Hæresis, & piceo nigrantem lampada quassans
Sulphure, prælatam regnis dotalibus vrbem
Ante solo ruere, aut flammis crudelibus optet
Vrere, ni spes subsit, eò quàm pulsa ferat se
Relligio, quásque illa manu disiecerat aras,
Templáque, Romano ritu instaurata resurgant.
Illa rudes veri populos agit, ardua circum
Tecta volans, miserósque lares. sensum illa malorum
Eripit. ac primùm vana spe lusit hiantes.
Inde vbi promissum auxilium, socia arma Britannûm
Spem toties mentita videt: se tendere frustrà,
Nec posse à muris victorem auertere Francum:
Postquam infusa dies, & lux affulgere rebus
Cœpit, & arbitrio fati melioris eunt res.
Vrbem autem miseranda fames, & tabida vexant
Talibus haud pridem assueti ieiunia ventris:
Nondum etiam absistit. sed mitis egentia pastus
In furias rabida ora vocat: ritúque ferino
Insuetas tentare dapes, obscœna subegit Descriptio famis Rupellanæ.
Pabula. Per fossas, & sicubi cespite viuo
Cincta palus, limo, pigráque vligine torpens;
Gramina tetra legunt: vdoque in littore putres

Contactu salis, & spumosæ aspergínis herbas.
Pars languente vado latebras scrutatur adesi
Pumicis, atque inter muscosa cubilia mænas
Prona legit, pelagi virus, cancrósque rubentes,
Ostreáque, & pisces vnda fugiente relictos.
Hos fœda ingluuies, dictu miserabile, adegit
Ambesas etiam rictu consumere pelles.
Scortea deripiunt cistis, & scortea rhedis
Tegmina. lentescunt baltei. properatáque flammis
Aruinâ subigunt pingui solatia longæ
Fœda famis. Vix illa fidem voluentibus annis
Humanis carnibus famem pascũt Rupellani. *Inuenient, crebro quæ teste audita recordor.*
Mortua namque alios sociorum, incoctáque aheno
Membra ferunt morsu, horrendum, violasse profano.
Ceu quondam Solyma in magna, cùm mœnia ductor
Clauderet Ausonius vallo, egressúmque negaret.
Antè etiam abreptis Solem in diuersa quadrigis
Hæc damnasse vetus spectacula prodidit ætas.
O miseri ciues! ô dura, infandáque paßi;
Sed meriti grauiora pati: si quid tamen vltrà
Pœnarum esse potest, & eas consumere digni!
Quis vos deinde furor; quis ad hæc tam dira coëgit
Supplicij, mortísque metus? Quiáne antè superbè
Regnantem in populos, robúrque immite gerentem
Pectoris expertis dominum captare pericli
Perfugium extremum placuit? Non si ille repente
Mutatus, vestri similem hæc in bella tulisset
Mentem, animúmque, pari poterat sæuire furore.
Sed frustrà attonitos, Dirarúmque omnibus olim
Incensos stimulis, & in hæc exempla paratos

Alloquor. Insistunt auidi, atque indigna relatu
Ore vorant. Plures votis optata sub vmbras
Funera mergebant, sceleri atque rebellibus armis,
Non pœnis positura modum. Sic magna nocentum
Turba, moras paci, diuisque datura benignis
Pars exhausta fame, pars haud dapis indiga, & iræ
Numinis, & rebus patriæ est impensa secundis.
Namque vbi tot belli facibus, scelerúmque peremptis,
Corpus vt infusa per viscera peste, leuata est
Quiduis digna pati, atque alio passura sub hoste:
Paulatim in sontes cæli deferbuit ira.
Tum Patris æterni monitu Pax æthere lapsa,
Relligióque vrbem subit, & quæ mille sororum
Sidereæ comites, pennatáque castra sequuntur.
Agmine quo perculsa gradum extra mœnia torsit
Hæresis, ima petens. Hac decedente, minores
Absistunt furiæ, séque in sua tecta refundunt.
Succedunt, rerúmque Deæ potiuntur, & intrò
Magnanimum accipiunt regem, portásque recludunt.



MOLES LVDOVICI,

Illustrata festis ignibus, quibus Regi victori trophæa statuuntur.



ONIVRATI *ignes, rapidæque volumina flammæ,*
Quæ vomuit nuper millenis faucibus hostis
Albio, & Inuicta confisi rupe rebelles:
Huc, huc irrisâ de classe, vel vrbe subactâ
Tendite iter, puróque micantes lumine tædas
Agglomerate per & fluctus, ventósque furentes,
Et LODOICEÆ *consistite culmine* MOLIS.
Hîc modo continuam latè diffundite lucem,
Quâ par flagranti moles assurgat Olympo;
Diuisis vtrumque latus modo cingite flammis,
Pérque recedentem sensim discurrite cliuum.
Qualiter æthereos, æternâ lege, per orbes
Astra volant, Noctísque caput sublime coronant.

Aut quales liquidum transcurrunt aëra stellæ,
Cum cœlo labi, & longo signare videntur
Calle viam, gressúsque hominum per deuia ducunt.
Ite faces, sic este duces, sic tramite certo
Dirigite errantes per tot miracula visus.
Pandite quà primum, frustrà indignantibus vndis,
Immenso posuit LODOICVS vincula Nereo
Limitem agens, prohibénsque vltrà sæuire procellas.
Hinc quà ex aduerso se littore porrigit agger
In longum, & notis offert castra obuia castris.
Nec sinite insignes trabibus deflectere pontes,
Quin pateant tumuli, & laterum munimina, rupes.
Inde per adstrictas contorto fune carinas
Ducite, bisque nouam radiis ostendite lunam.
Ite faces, Classémque vltrà citráque vagantem,
Et puppes monstrate salo feliciter haustas,
Innocuæque altis lychnorum insidite fulcris.
Audior; effulsere ignes, fumúmque, & odorem
Sulphureum liquere. Vides, vt in aggere summo,
Purior, & radiis solaribus æmula flamma
Discurrat circum, trabibúsque alludat acernis?
Tota patet moles. Deus, ô! Deus ipse laborat:
Vos opere in tanto mortales sistite curæ.
Estne fides oculis? quis tanta rigere trabali
Claustra sude, & ferro scopulos horrescere iußit?
Fas fuerit Iuueni Æmathio tentasse profundum
Aggere terrarum, saxísque imponere saxa,
(Ludibrium maris, & pulsæ vaga murmura ripæ)
Fas ita sit Tyriis voluisse adrepere muris.

At leges dixisse mari, penetrasse recessus
Vndarum, & timidis multum obluctantia terris
Æquora frænasse, vt mundi melioris in ortu,
Atque inconcussis includere Nerea septis;
Numinis hic labor humanæ insuperabilis arti.
Nam quis, Io! cautes Rhodopeio ducere plectro
Thebanâve Lyrâ scopulos aptare recisos,
Quis potuit tantas cumulare in gurgite moles?
Spésque datas flammis, hostiliáque arma morari?
Affuit ille Deus, regalibus affuit ausis,
Consiliúmque dedit, LODOICE, *manúmque potentem,*
Quæ pene innumeris Rupellam clauderet vnam
Rupibus, immotísque aperiret mœnia saxis.
Cedat huic operi Pellææ gloria dextræ,
Quam Tyros elusit pelago prætenta frementi.
Cedat fluctiuago iunxit qui cærula ponte
Persa minax, vt Græco aciem daret ense metendam,
Et stratum fugiens transmitteret Hellespontum.
Nec vos euersâ duplicato fulmine Byrsâ
Scipiadas; nec te, vino post festa sepultam
Qui capis Ortygiam, pudeat Marcelle taceri.
Túque Rhodo fractâ quamuis Solymanne triumphes
Cede tamen. Vósque, ô! murali tempora pinnâ
Præcinctique duces, exornatique manipli,
Vos quicumque arces & propugnacula vinci
Nescia, laurigeris clari subiistis in armis,
Cedite victori LODOICO, cedite moli.
Parua fuit, si vestra meis victoria palmis

Æquari velit, & partem deposcat honoris.
Vna sine accessu magnum, Rupella, per orbem
Ante fuit, sed nunc Lodoici mole magistra
Edidicit clausos victori pandere muros.
Vna licet vasto latè circumflua ponto,
Externisque opibus defensa, & mille carinis,
Imperio tamen illa mei iacet addita Regis.
Illa licet duplex Incendia voluerit hostis,
Et modo Hyperboreæ, Rupellanæque procellæ
Ingruerint, nunc insanis vada concita ventis:
Tota tamen, sine clade, patet, sempérque patebit
Borbonio heroi rupes qui vallibus æquat.
Quare admitte iugum, & supponere disce superbum
Mons-Albane caput, quod inani cespite crescit.
Æqua solo rupes monti descendere suadet.
Túque fide antiquâ & celebris pietate Nemausus,
Vos vrbes quotquot male sanis ebria succis
Hæresis infecit, furiosáque factio perdit:
Discite iura pati, iustúmque agnoscite Regem.
Qui cautes domat, hic mollis præcordia terræ
Si iuuat, ingenti reserans perrumpet hiatu.
Inconsultæ arces, & perfida castra, timete;
Postquam tot scopulis murorúmque ardua pinnis,
Hincque vliginibus cæcis imperuia, & inde
Oceano seruata truci, & latrantibus vndis,
Imperiosa tamen cecidit Rupella, timete.
O tenebræ! ô fastus atque insanabilis error!
Quid sperare vltrà datur? aut quo tendere vitam
Præsidio? pluresne globi, castelláve plura

Obſirmant animos, & proxima fata coërcent?
At grauior veſtris moles ceruicibus inſtat:
Et, non effugium, non auxiliaria ſpondet
Arma fretum, aut mittet luſuras Anglia flammas,
Anglia Borbonij teſtis pretioſa triumphi.
Quin etiam (miſeros ſi deſperatio flectit.)
Dicite, quòve dolo quâve euincetis opum vi
Elatos circum aggeſtæ telluris aceruos,
Paciferi poſitæ media inter viſcera regni?
Quæ ſegetem dabit alma Ceres? quis farre negato
Gramina mittet ager, pecori carpenda, hominique?
Quod negat officium, quod non extorquet honeſtæ
Pacis amor; mox dira fames expoſcere coget.
Aſpicite in vacuis vt deſolata plateïs
Et quærat, fugiatque ſuos Rupella Rebelles.
Vix bene compleuit duodenis menſibus annum
Cynthius, heu! Iacet extinctum miſerabile vulgus,
Nec vetitas roſiſſe dapes, lethúmque minantes
Profuit, aut tetris humana cibaria menſis
Impoſuiſſe (nefas!) & amicum hauſiſſe cruorem.
Cætera pars vix tecta cute, & deformia viſu
Oſſa trahens, vitam in largis ſimul inuenit eſcis
Amittitque ſimul, moritúrque vbi viuere cæpit.
Hæc vos fata manent, ſi tanta audacia perſtat
Seditioſæ vrbes, niſi funera lenta, venenum
Præcipitet, ferríve acies, aut feruidus ignis.
Ah! melius, per ſi qua manent veſtigia ſani
Conſilij, patrio ſi qua eſt reuerentia ſceptro,
Inclinate arces victori & pandite portas.

Victa fidem Rupella docet.
O mihi Castaliis si fontibus expleat omnem
Musa sitim, & frontem præsagâ fronde coronet?
Ingressus LODOICE *tuos, vt dicere versu,*
Et decora Augusti possim æquiparare triumphi.
Qualis eras! quàm celsus equo! quàm fulgidus armis!
Blandáque quàm certum facies spirabat amorem!
Cûm Rupellanam victor delatus in vrbem,
Ciuibus ora solo defixa tenentibus, ires
Obuius, & veniam orantes, sperare salutem,
Victorémque suum plausu celebrare iuberes.
Talis eris, tali pompâ latera aurea cingent
Mille duces, talem te Montalbana iuuentus
Excipiet, tantósque effusis Vtica portis
In cælum plausus dabit, & turrita Nemausus
Ad sua te radiantem armis Capitolia ducet.
Totáque mox domino tua Gallia seruiet vni.
Hoc facite ô Superi, & Gallis ea sola tegendis
Sufficiat moles, totúmque exterreat orbem.
Hoc facite, & puris firmate oracula flammis.
Audior. Ecce iterum delapsis ignibus agger
Exardet, votisque venit felicibus omen.
Aspice vt in varias incendia versa figuras
Ludant arte noua, & Regi spectacula ponant,
Describántque arces domitas, fingántque trophæa.
Aspice vbi primo sese fundamine moles
Extulit, ex quadro in longum consurgere acumen
Pyramidem, & tenui conum euanescere formâ,
Dum proprior cælo variis assultibus audet

Crescere, Apollineòsque affectat lambere currus,
Et pariter lucem toti dispergere mundo.
Cernis vbi oppositum iungit sibi machina littus,
Vt se multiplici gyro contorqueat ignis
Plectilis, & geminas, diuisâ luce, columnas
Attollat sursum paruo sinuamine flectens,
Atque triumphalem sensim curuetur in arcum.
At quâ per mediam sese æquora reflua molem
Effundunt, mersásque vetant extare carinas;
Illic par Rhodio statua inflammata Colosso
Erigitur, pontémque insistens calcat vtrumque:
Cui pectus, celsósque toros illustre leonis
Exornat spolium, dextram nodosa fatigat
Claua, sed illa tuos vultus LODOICE *figurat.*
Quid memorem extructas compactis ignibus aras?
Templáque purpureum Phrygiæ quæ Synnados antrum
Suffecisse putes, tantus rubor ardet in illis.
Quid referam quercus decisis vndique ramis
Loricâ tectas rutilanti, & caßide fuluâ,
Flexilibúsque ocreis, clypeique vmbone corusco?
Quid rostra, & puppes, fractósque à sulphure malos?
Quos famulati ignes flamma meliore colorant,
Aeternúmque tibi statuunt LODOICE *trophæum.*
Quid currus paßim igniferos, habilésque triumphis?
Quid virides lauros, palmásque à sole comantes?
Quas cognatus alit, flectitque in mille coronas
Mulciber, & flaui respergit rore metalli.
Quid reliquas toto volitantes aggere formas,
Flammarum è gremio, velut alto pegmate lapsas?

Quas nec Apellæi poßint æquare colores,
Grandia Mæonij nec dicere carmina vatis.
Præcipuè tamen auratis Victoria pennis
Vertitur huc, illuc, & mole laborat in omni
Vociferans, pellénsque manu irreuocabile Tempus;
Cui tumulum parat Oceanus, miseratus acerbam
Æquæui sortem senis, & quem spumeus iras
Fluctibus intortis sorbens, fundo excipit imo.
Atque hæc mille oculis vbi Fama volatilis hausit,
Tot reddit linguis totique renuntiat orbi.

NEPTV-



NEPTVNVS
A REGE DOMITVS, ET CONCILIATVS.



VALE *tuum nobis* REGVM IVSTISSIME *ſidus*
Sidus Amyclæo formoſius igne renidet!
Arbiter an magni venies maris? an tua nautas
Numina ſola regent? ſparſáſque per æquora terras
Liligeris domitor coges ſeruire lupatis?
Fas audire Deos, fatiſque vocantia regna.
Nec tibi ſe contra ferat omni gurgite Nereus
Impatiens Domini, quamuis ſtridente procellâ
Rauca ſonet, fluctúſque vagis illidat arenis,
Spes abiiſſe dolens, iráſque ſilentibus auris.
Imperio maiore premi confeſſus, inanes
Tollit aquas, pelagóque pauens redit vnda refuſo.
Nunc etiam memores vinclorum, temperat æſtus,
Indociléſque tuo furias ſub Numine flectit.
Sin molem impoſitam & prætenta repagula lambat
Finibus exiliens iuſsis, ſolatur honore
Dedecus, & vinclis dulce oſcula ferre pudendis
Regali nectente manu. Quòd ſi ære triſulco
Propellit maria, & vaſtos deuoluit ab alto
Oceanus montes, tumidæ mons ſpumeus vndæ

Stat cursu in medio & suspensis fluctibus hæret
Cæruleus genitor, madidósque aspergine crines
Concutit, admirans quales densantur acerui,
Machina quæ scopulos laceratis montibus æquor
Per medium rotat; vnde fretis ingentia surgunt
Robora, cur steriles inter caput exerit algas
Aërium nemus? an tellus infesta profundo
Incumbit, propriísque parat se pellere regnis?
Vt quondam cælo inferrent cum bella Gigantes.
En adeo iactis constrictas molibus vndas
Sentio, ait, solitâque minor decedere ripâ
Conqueritur fluctus, curuantur brachia, iámque
Non assueta nouo complexu littora cingunt.
Dixerat, attollit tumidarum culmen aquarum
Arduus, & latè niueo vada consita flore,
Francicáque agnoscit cæsis in rupibus arma,
Agnoscit, refugóque volumine pronus adorat.
Te quoque purpureas inter LODOICE *cohortes*
Eminus vt vidit, maiórque refulsit imago,
Quanta Deos deceat: Pax hic non bella parantur.
Aut pia sunt, inquit, Quis me confidere sceptris
Iustitiâ firmante vetat. simul alta residit
Vnda, simul miti clemens elabitur alueo
Saxa per, & truncos; modicus qua limes in vrbem
Obliquum furatur iter, longóque laborat
Anfractu, varioque eluditur obiice cursus.
Inde vbi mille vias euasit, & ærea portum
Claustra obiectantem compleuit gurgite vasto.
Ecce repens mugire fragor, cælúmque tumultu
Intremere horrendo, murorúmque ex aggere Mauors

Tercentum vomit ære globos, totidem euibrat ætnas,
Ingentémque atrâ voluit cum nube fauillam,
Sulphureo circum latè loca turbine fumant.
Iámque rebellantem & confisam rupibus vrbem
Detestatus abit, refugitque nocentibus vndas
Præterea scelerare plagis, quódque alluit arces
Fœdifragas, etiam imprudens, etiam inscius, ardet.
Séque tuis dignum vinclis REX IVSTE *fatetur,*
Verberibus nudátque humeros, & pectora saxis.
Obsequium testatus, ait, communia sunto
Vincula fœderibus pactis, coëamus vterque
Hîc in amicitiam, nec si ferus vndique pontus
Spumat adhuc, odium crudescere & inscia flecti
Corda puta, spumâ nata est Dea Mater Amoris.
Nec leuis vnda fidem, promissáque mobilis aura
Differet, æquabunt motos tua lumina fluctus.
Tangere da dextram, iustúmque memórque docebit
Illa manus. Da, REX, *da pridem optata roganti*
Iura, pudet toties sceleratis classibus Austros,
Et conuectandis toties dare terga rapinis.
Quid cessas in fata, tuis, IVSTISSIME, *regnis*
Debita, rumpe moras, te magnum magnus habebit
Regnatorem orbis, sed se tota æquora debent
Ante tibi. quid rura seris per Gallica tantum
Quas Asiâ, ripâque potes Gangetide lauros.
Testor vtrumque caput, nunquam tam discolor Indus
Et matutino gaudent iuga subdita Soli,
Exoriente Deo, quam te, tuáque ora tueri
Græcia gestit amans, votisque fatigat Idume.
Sed neque tam cupidis Phœbum complectitur vlnis

Nereis, Igniuomos vbi ſoluit in æquore currus
Quam tibi (ſi liceat regales ferre carinas)
Cærula noſtra ſtudent. age, ponunt flamina venti,
Blanda maris facies, & iam tractabile numen
Inuitat, fluctus arrident dulce ſonantes,
Carbaſáque auratis Zephyrus circumuolat alis.
Ipſi te LODOICE *vocant Tritones in altum.*
Ipſe bonus pelago Delphin tua maxima cura
Apricat, petit ipſa nouum mea Tethis Achillem.
I, ſequere Eoum ventis, pete regna per vndas
Occidua, & Franco iam gaudens nomine littus.
Sic, dici omnis amet, victus tibi, Francicus orbis,
Quámque Pater cunctos, tam Patrem filius antei.
Nec te nec ſanctos auſus Rupella moretur
Sacrilegæ ante domus gentis, nunc carcer, habebit
Saxa, quibus lateat, longúmque incluſa furentis
Vlta fames motus populi, rabida ora vorandi
Torquebit, tandémque vmbras ſub Tartara mittet.
Ille etiam dextrâ ac læuâ qui fluctibus agger
Eminet, armatus ſaxis, & robore denſo,
Stabit, acerba fremant quamuis in clauſtra procellæ.
Immo fugam celerate Noti: veto limina quiſquam
Iſta petat, quibus, has mediȷ fiducia valli
Et molis tentare moras, aut vellere flabris
Æſtus erit, poſtquam vanis conatibus omnem
Perdiderint operam, vinclorum & carceris atri
Supplicium dico. furere hunc fas ante furorem
Quando pharetratæ væſanos Perſidis auſus
Senſimus, & totâ pontem diſiecimus Helle,
Seu cùm deinde Tyrum Macedo obſidione premebat,

Defixitque ſudes & fragmina ſaxea voluit
Oppugnans; didicit nil contra fidere Diuos.
Interruptus obex, labefactáque vortice moles
Hauſta fuit, vobis nunc ſtat quoque gratia facti
Æolidæ, ſed ſi decuit vaniſsima cœpta
Ferre Notos, vndiſque abolere, aut perdere flammis.
At non illud opus quod Dij pietáſque fidéſque
Extulerunt, vertiſſe datum eſt, cadet irritus omnis
Fluctus, & eluſæ repetent ſua clauſtra procellæ.
Quin agite exſtimulat ſi pectora bellicus ardor
Oſque tumet, multis ſtadium do nobile palmis.
En procul in pelago claſsis, Rhætæia contra
Littora, præcipites illuc conuertite flatus,
Turbinibúſque rates, & cærula tollite fluctu.
Scilicet ille meis illuſerit aduena Francis.
Quamquam, ô, ſi melior ſubeat ſententia mentem,
Si ſociet dextras, exempláque noſtra ſequatur,
Parcite, vel tenui perſtringite flamine Claſſem.
Sic Neptunus ait, dicta excepere volentes.
Nereides, Phorcique chorus, caua littora concha
Pulſat ouans Triton, ventíque vtrumque per orbem
Rupellæ cineres, & fata nouiſsima portant.



LVDOVICO REGI RVPELLÆ DOMITORI.

EPINICION.



VO nimium indociles iras, & neſcia flecti
Corda ferox Rupella moues? tantumne furorem
Vrbs, ſcopulis circum, & pelago prætenta ſonanti,
Fraternæve acies, prædatrixque inſula fecit?
Ah fruſtra conata leues opponere Franco
Bellatori animas, moriturâque corpora vulgi.
Ecce triumphato didicit miteſcere fluctu,
Iámque adeo captiuus amat Regalia Nereus
Vincula ſponte pati, ratibúſque ſubeſſe laborat.
Cernis vt iniectæ lato fundamine moles
Luctantes vndas, atque indignata coërcent
Æquora, vt aduerſis procurrens frontibus agger
Oceanum anguſto cogit ſuccedere flexu,
Pulſa vbi, & alternis ſe fluctibus vnda reſorbens
Vexat iter fremitu, ac prohibet per inhoſpita clauſtra
Ad tua ſperatas adlabi mœnia claſſes.
Ter fruſtra voluere, minax ter carbaſa contra
Extulit, & totis inuecta eſt Anglia remis.
Vix facinus tentare datum, vix obiice primo

Eluctata subit, Scyllam stupet inde sonantem
Inde insperatam fauces aptare Charybdim;
Post rigidas horrere sudes, pinúsque, trabésque
Tot ferri saxique moras, nil tendere contra
Fortunam mirata operis, confessáque turpi
Inuentum regale fugâ, tantum vrget adustas
Retro præcipitare rates, dum desuper vltor
Igne tonat Francus, pelagóque incendia voluit.
Nec magis egressu tacito, qua parte rebelles
Assurgunt portæ, & centum fastigia iactant
Obsessis spes vlla fugæ, tellus quoque adempta est.
Insultat campo Rex acer, & arduus armis
Lustrat equo muros, tot circum millia, lecti,
Tela gerunt, tentántque aditus, pars cætera fossas
Expediunt, arcésque, & propugnacula, surgunt
Immanes operæ, iámque hic sortita laborem
Discurrit legio, & muros statione coërcet,
Vrbe silent altâ, septúmque indagine vulgus
Tecta fouent, seu cum veteri sub rupe draconem
(Heu terris insigne malum pecorique virisque)
Vestigat flammis, & fumo vindice pastor,
Ille tumens glomerat sese, retróque residit
Nec quidquam, subit ater odor, disrumpitur intus
Hydra ingens. quænam hæc medij fiducia valli
Portarumque moræ! mox, ô, si fulmine vindex.
Ingruat. & murum conteno verberet ictu,
Effundátque aciem castris LODOICVS *apertis,*
Quæ vos deinde tegent præruptis oppida saxis?
Quæ cautes scopulive satis! iam plurimus vrbem
Inclinat fragor, & repetita tonitrua victos

Increpitant; sed enim iusto Rex parce furori.
Ipsi vltro cecidere, intus ciuilia miscet
Bella ferox hostis, dudum penetralibus imis
Sæuit acerba fames, exhaustáque pectora vexat.
Proh viles animæ, Francique oblita vigoris
Pectora, queis nec pacis amor, nec mortis honestæ.
Cura subest, post tot rerum discrimina, & ægras
Terrarúmque marisque vices, post naufraga bella,
Et coniuratæ bustum illætabile classis.
Discite fræna pati, patrióque assuescere sceptro,
Pandite desueto stridentes cardine portas,
Et veniam orantes (si vox tamen vlla superstat)
Orantes veniam deposcite, mœsta vlulatu
Tecta sonent, miléisque manum protendat inermem.
Victor, Io, victam portis bipatentibus vrbem
Ingreditur princeps, & iusto fœdere sontes
Dignatur populos, violatáque iura reponit.
Quis tibi tunc Lodoice decor, quam regius altæ
Frontis honos, dum flammiuomæ sub caßidis auro
Martius exultas, mediisque in millibus ardens
Succedis portæ, & captis te mœnibus infers.
Ecce ipso sub ponte graues induta catenas
Turba, fremit quæstu, & pacem clamoribus vrget,
It planctus cælo, proiectáque corpora terræ
Aduoluunt miseri ciues, pars margine ab alto
Vix segnes oculos, pudibundáque lumina tollunt,
Nec propius vidisse audent, stupet indiga plebes
Ingentes animos, & sat sibi credita nunquam
Robora, vt incedit regalibus a duus armis.
Non impar genitori, vt adultos fortior artus
Erudiit

Erudiit bello, florentésque extulit annos,
Ast alij faciles iras, orísque serenos
Mirantur fastus, intraque procacia nuper
Oppida victorem placato lumine ferri,
Iámque hostes oblitum vltro miserescere, & ipsum
Vix meminisse sui, dum nullâ strage nocentes
Castigat pugnas, piget ignorâsse beata
Auspicia, atque aliis dominum quæsisse sub oris,
Accusant sese, & periuria longa retractant.
Sed tu dum trepidæ nimium placabilis vrbi
Indulges scelus, & pulchrâ pietate triumphas.
Aspice vt in sontes desæuit funere cœlum.
Sudorésque tuos, & longa pericula plectit.
Heu quanquam seruasse cupis, multúmque laboras
Prouidus expleri largo ieiunia pastu,
Non potis est vinci diuûm furor, ordine longo
Concidit ante oculos, proiectáque, infletáque turba.
Arenti sua pressa fame præcordia victum
Eluctata negant, seu viscera cruda voraci
Suffocant esu, & nimio conamine rumpunt.
Hinc halat miseranda lues, it pestifer vrbe
Spiritus, ac viuis sua funera mortuus infert.
Quare age, Rex optate, redi, fuge tristia sydera
Et te redde tuis, post quam securus iniquas
Excidisti arces, melioráque sacra dedisti.
Huc ades, ô victor, non tot capit vna triumphos
Vrbs lacera, & squallens plausu non sufficit hostis.
Ecce parat veteres populosa Lutetia fastus,
Et desiderio dudum gens icta fideli
Innumeras artes pulchra in spectacula promit,

Nuntia iam festos accendit lumine postes,
Famáque maiori voluit præludere pompæ,
Quos plausus quæ verba feres! Quibus obuia circum
Feruebit plebs læta iocis? quæ nomina iunget
Magnorum procerum! dum celsa ad templa curuli
Ingrediere potens, totúmque implebis honorem.
O mihi si liceat regalem ad limina currum
Pone sequi, lectósque inter succedere vates,
Qua te voce canam! tum degustata tot annos
Castalis, atque hausti sacra Permeßide fontes
Decurrent sine more, omnis famulabitur vni
Terpsichore, & melior præsenti Musa sonabis.

RVPELLA REGI SE DEDIT.

ELEGIA.



FESSA malis vixque ipsa mihi Rupella superstes
Debeo, nec possum, victa dolore loqui.
Ante tuos affusa pedes, Regum optime, pacem
Deprecor, & merui, quòd moritura petam.
Tarda quidem, sed sæpè placet dilata voluntas,
Et quæ sera venit gratior esse solet,
Non me alti murorum obices fecere rebellem,
Non mare quod docuit regia vincla pati,
Nota tibi fueram, & toties rea facta verebar,
Nec tu (væ miseræ) sat mihi notus eras,
Ex illo didici quàm scires parcere victor,
Quod tibi, dum vincis, regius ardor erat,
Nostra tibi laudem clades dabit, attamen huius
Pars etiam laudis clade sepulta ruet,
Maius erit seruasse tui monimenta laboris,
Inque triumphato viuere velle loco.
Rupellæ nomen victoris fama sequetur.
Et quam stabo diu, te duce, capta ferar,

Qui tot me firmatam operis laudauerit hospes
Addet, ô, à quanto Rege subacta fuit,
Sed quamquam ignouisse voles, cœlum occupat iras,
Et forte inuiti Principis vltor adest,
In me omnes rerúmque vices elementáque pugnant,
Internusque hostis sæuit acerba fames,
Heu miseri sine more vident sua funera ciues,
Et tua dum renuunt iussa, perire volunt,
Ingredere ô, fessis spes vltima, & vnica rebus,
Arduus è Rupis culmine quantus eris?
Ex illo quemcumque voles tibi panditur orbis,
Vllane post Rupes inuia terra manet?
Penè placet crimen, si non insana fuissem
De magnis tantum Regibus vnus eras,
Sola dedi, & potui, quo cunctis altior esses
Seu cado, seu seruor, nemo secundus erit.



RVPELLA OBSESSA, ANGLIÆ FOEDERATÆ.



VAM modo vix habeo mitto Rupella ſalutem,
Tu mihi maiorem ſi potes ipſa refer.
Nec ſat erit tenui tantum retuliſſe tabella,
Si licet armatâ reddere, redde manu.
Nulla mihi de te veniat modò littera furtim,
Sed ſubeat pleno Claſsis aperta mari.
Non bene ieiunum ſatiabit Epiſtola vulgus,
Vix ſatis exhauſtis integra claſſis erit.
Oppoſito tantum nos obiice diuidit agger,
Totne tuis ſcopulus nauibus vnus erit.
Quid toties trepidas cœptóque abſiſtis inani,
Bis fugiſſe queror, nec ſubiiſſe ſemel.
Non hæc magna olim dederas promiſſa roganti,
Auxilio nullas defore gentis opes.
Ecce iterum viles miſiſti ad funera turmas,
Credideram tandem poſſe venire viros.
Pœnitet externis dominum quæſiſſe ſub oris,
Dum mihi tam præſens Rex meus, hoſtis adeſt.
Nec ſi terra fugæ ſupereſſet & exitus vrbi,
Fruſtratam toties feſſa morarer opem.
Cingimur, & tellus rerum pars altera adempta eſt,
Nulla niſi extinctis libera terra patet.

Nil tamen effeci, ſed inutilis impetus hæſit,
Crede mihi, auerſo mouimus iſta Deo.
Scilicet egelidus ſubito præcordia ſanguis
Figit, & incertus præpedit oſſa tremor.
Prodigum mirata, animos ter ſuſcito, térque
Horrifico ſoluor frigida tota metu.
Cauſa latet, mentem fugiſſe è pectore dicam?
An mage Ræïacis obſtupuiſſe malis.
Ah memini, quantis Francus mea caſtra cecidit
Vulneribus, quali vita redempta fugâ eſt;
Vtque licet celeres pedibus timor adderet alas,
Immundo iacui pene ſepulta luto.
Ex illo retro fluere & dilapſa referri
Spes mea, réſque tuas deteriora ſequi.
Has, fateor, volui in portum reuocare carinas,
Inflabant faciles cum caua vela Noti.
At pudor, & partæ vetuit laus inclyta famæ,
Et labes toto non abolenda mari.
Parce, ſoror, tua me ſat nota pericula tangunt,
Credo ſed ars cladem hanc nulla leuare poteſt.
Quid promiſſa ferent? quid epiſtola lecta iuuabit?
Sat ſcio, non paſcent irrita verba famem.
Hæc tamen auxilio reliqua eſt via, vota ſuperſunt,
His vereor ne ſim ſplendida, rebus inops.
His ego te oppreſſam, Conſors Rupella, dolebo
Tu pariter caſus flebis amica meos.
Sed non vis lacrymas; vis arma, facéſque requiris
Arma in Borbonidas, in tua clauſtra faces.

Oppoſitus

Oppositus tantum nos, inquis, diuidit agger,
Tamne ferent longas, tantula septa, moras?
Nescis, heu, nescis quantum molimen in illo est;
Aut Atho, aut Rhodopen æquor habere puta.
Sed neque Getulæ syrteis, prætentáque ponto
Saxa, forent Classi tam metuenda meæ.
Imperat illa mari moles, an Rege iubente
Ambiguum, certè iam minus vnda fremit.
Coniurant in te vt video, Rex, æquora, cœlum:
Certius hoc omen cladis habere potes?
Fors & testis ero: nam quid tot demoror æstus?
Cur ligat instructas vis inimica rates?
Quicquid erit, magnos donec sors adiuuet ausus.
Fortiter in clades tolle superba caput,
Perfer, & obdura; natorum fata meorum,
Et tua iuncta meis pignora, mitte queri.
Sat vixere mihi, tibi si vixere, nec illos
Condere debebam nobiliore solo.
Sin nostris nullam porro spem ponis in armis,
Idque salo toties passa repulsa iubet.
Tu quoque (quam facerent aliam furor iráque mentem?)
Si sapis, haud fatis tot superesse voles.
At mea me victam illætabilis insula claudet
Dira fleam vt terræ funera, dira maris.



NEPTVNI VATICINIVM DE RVPELLÆ EXPVGNATIONE.

Ode tricolos tetraſtrophos.





VM celſa rupi inſurgeret arduæ
Vrbs faſtuoſo conſpicua ambitu,
Illinc ſonanti tuta ponto, hinc
Littore difficilis paluſtri.

Tridente Phocas incutiens pater
Neptunus, vndis exeruit caput;
Latéque iuſſo ſtare fluctu
Fata nouæ fera dixit vrbis.

Faſtigiata vrbs littoribus malè
Impendet, ac iam tot ſcopulis, recens,
(O quanta poſt annos futura)
Ambitioſa Deos laceſſit.

Sic creuit audax Pelion additæ
Suppoſtus Oſſæ cum Tityus ferox
Atque infidelis turba, cælos
Imparibus ſubiere bellis.





Proh quantus isto culmine desuper
Incumbet olim finitimis pauor,
Quàm dira tempestas tonabit
In miseras ruitura gentes.

Cùm peruicaces factio creuerit
Adulta in ausus, quidlibet impotens
Sperare, dementésque rixas,
Imperióque scelus parabit.

Iniurioso sacra negans pati
Auita fastu, rupe sua nimis
Secura, cognatúmque crimen
In patrias trahet vlta clades.

Quæ vis laborum, quantus erit mari,
Campóque sudor? dum toties furit
Gens dura, dum reges fatigat,
Indocilis fera colla flecti.

Quæ terra, qui non sanguine Gallici,
Tingentur amnes? Ah quoties nefas
Videbo, sontésque erubescens
Purpureo grauis ibo fluctu.

Heu tot furorum, tot scelerum pudet,
Ecce inter ignes sacrilegus volat
Prædo, quid intactum profanus
Horruit? Vnde manus nefastas.

Metu Deorum continuit? quibus
Pepercit aris? sæpè ego perfidâ
Vexatus vrgebor carinâ,
Diuitibúsque premar rapinis.

Exurge vindex liligerâ manu,
Tandémque terris debite Rex veni,
Suffectus in laudes paternas
Borbonius, LODOICE, ſanguis.

Tot vnus inter ſufficies auos,
Primúſque magnæ par aderis rei,
Exurge præclaros in auſus,
Conſiliúmque potens deorum.

Vt iam minaci viuidus impetu
Deſignat hoſtem, vt præcipitat celer,
Sempérque victrices cateruas
In miſeræ trahit vrbis omen.

Iam ſepta tantis arcibus vndique
Fruſtra proteruos improba cardines
Obiectat, aduerſum coërcet
Acer eques ſtatione limen.

Rex ipſe in armis arduus increpat
Portas morantes, ecce furit viam
Feciſſe, & ignauos ſub altis
Mœnibus impatiens laceßit.

Qualis recenti dente nouus leo,
Aut ales vngui fulmineo potens
Exultat in lentos dracones,
Aut capreæ inuolitat fugaci.

Quid noſtra demens æquora reſpicis
Telluris exſpes, non ego perfidum
Dixi ſacramentum, imperanti
Stat placidos adhibere fluctus.

Regalia vltro vincla humilis pati
Discam, & minores voluere vortices,
Infráque præscriptum refusus
Te domito retinebo portu.

Cùm se pauendis molibus infreta
Effundet agger, tum facilem Thetin
Edico seruire, & fauenti
Oceanum famulari arena.

Cessent procellæ, néve sacro irruat
Auster labori, sed melius procul
Miretur immanes cathenas,
Et data claustra suo furori.

Immensa surget vis operum meos
Scrutata fundo difficili sinus,
Nutabit incussum tumultu
Æquorei penetrale regni.

Inde æstuosis portubus altera
Coget cruentos Scylla vorax canes
Hinc fabricatâ sub Charybdi
Santonis ora rapax latrabit.

Tot ire contra difficiles moras,
Saxique & æris verbera quis ferat?
Pinus trabales & molesti
Vorticis imperiosa iura.

Frustra impotenti futilis Albion
Conata remo est, ter refugo impetu
Viles resorbentur carinæ, &
Ipsa suo flagrat igne classis.

Dum Francus atrox deſuper ingruit,
Crebérque flammis increpitans tonat,
Lætatus hoſtili ruinâ
Plectere præteritos labores.

At te ſub ægris interea fames
Acerba vexat mœnibus, vrbs diu
Fruſtrata, quid tutam recuſas
Conſilio meliore ſortem?

Suprema caſus lux peragit tuos
Nec fas morari, ſumma dies adeſt.
Miſſúſque (ſed non ſic merenti)
Magnanimus tibi venit vltor.

O ſi dolori ſeruiat integro,
Reiſque iuſto ſupplicio incubet,
Siue hauſta flammis, ſiue ponto
Tota cinis, vapor, vnda fies.

Occurre vinclis aſpera, & horrido
Squalore ſupplex præteritum nefas
Extunde teſtato dolore,
Ipſa tui lachrymare vindex.

Sed iam miſertus triſtitiam vetat,
Mæſtiſque princeps gaudia ciuibus
Reponit, omnis plaudat ætas,
Dicite, vicit, Io, triumphat.

Quàm faſtuoſo capta per oppida
Ducere curru victor amabalis,
Fortiſque ſat bello probatus
Egregiâ pietate parces.

Feruere magnos iam video duces
Partem triumphi, & tot procerum manum
Vrgere, dum Regi laborat
Quisque suo propior videri.

Tum quæ repostâ delituit specu
Hydra interibit, quàm vetus abditâ
Sub Rupe fœcundum venenis
Lerna malum scopulo fouebat.

O cum beatum Sol dederit diem,
Et me iuuabit cæruleum caput
Emergere vndis, ac per altum
Æquoreo volitare curru,

Tunc & profundo gurgite nobiles
Ciere Phorci ac Nereidum choros,
Omnémque Nympharum tumultum
In socios animare plausus.



RVPELLA EVERSA.

ODE.



ANDEM ſubactâ ferre iugum inſolens
Ceruice, Reges & ſuperos pati
Rupella nequicquam minaci
Torua ſupercilio doceris.

Nil fœderatum littus, & intimæ
Iuuere vires, proditionibus
Auctæ nefandis, in ruinam
Principis, excidiúmque Regni.

Non ſi quæ ab atro limine Tænari
Stridens ſub auras extulerint caput
Erynnes, inuectæ per vrbem,
Et populum male peruicacem.

Cladem redemere, at ſceleri additum
Scelus, nocentes deſtituit, ſuâ
Circumque ſcriptos fraude, qua nil
Parte ſibi metuere cepit.

Nam quid ſonantes tollere Nereus
Suetus procellas poßit, vbi nouos
Retexit ortus, aut vtroque
Luna micat reparata Cornu.

Quid

Quid fossa celsam tergemino ambitu
Coronet vrbem? Rupibus additæ
Quid astra turres insolenti
Vertice suspiciosa pulsent?

Contra ruentem Borbonium & suæ
Amica causæ Numina, molibus
Iactis in altum parcet æquor,
Rege truces moderante fluctus.

Immota stabunt saxa, nec ignium
Vis vlla vinctas disiiciet trabes,
Ipsique sorbebuntur imis
Præda vadis inimica lembi.

At te rebellem cladibus atteret
Vltrice dextra Numen, & impia
Per tecta diuisura mortes
Vrbe fames volitabit omni.

Quin iam reuulsas sulphureus vapor
Exstirpat arces, vndique mœnia
Sternuntur, & disiecta Regis
Ferre negant potuisse pondus.

I, nunc superbos Regibus obiice
Rupella postes, dignior hâc fuit
Te nulla pœnâ; nemo deinceps
Difficiles aditus queretur.



RVPELLA AGGERE EXPVGNATA.

Ode dicolos distrophos.



ÆTIS quid potiùs canam
Regni temporibus? tu Polyhymnia
Lesboum cape barbiton,
REGIS MAGNANIMI *perpetuum decus*
Cælo versibus insere.
Nunquam lætitiæ fertilior seges;
Vix vnquam altiùs inclyti
FRANCORVM IMPERII *gloria se tulit.*
RVPELLA *hæreticæ caput*
Dudum perfidiæ, firma REBELLIVM
ARX, *& præsidium vnicum,*
Quæ confisa nimis turribus arduis,
Vallo multiplici, ac situ,
GALLOS *sæpè* DVCES *riserat insolens,*
Nunc tandem patitur iugum
Lentâ victa fame. Quinetiam, ô scelus!
Fastu prætumido impotens
Antiquum imperium disciderat, suo
Leges dicere PRINCIPI
Affectans. Sed enim stultitiæ dedit

Pœnas; cùm valido AGGERE,
Immani, inſolito, atque inſuperabili
Qualem priſtina ſecula
Nuſquam ſuſtulerant, quà via puppibus;
Aduectiſque cibariis,
HEROS *Borbonidûm ſtemmate nobilis,*
Regni deliciæ ſui
Obſtruxit tumidum prouidus alueum
Iactis in mare molibus.
Proh, quot dira fames millia Tartaro
Demiſit morientium!
Paßim ſtrata videns corpora Regius
Miles, mœnia dum ſubIt,
Victis attonitus corporibus ſtetit.
Sic vindex ſcelerum impios
Iuſtis inſequitur ſuppliciis DEVS.
Tanto PRINCIPE GALLIA
FELIX, *parce metu: ſeditionibus*
Poſthac compoſitis SALVS,
PAX, *&* *blanda Quies, almáque Fauſtitas,*
Regnabunt; decus vrbibus,
Agris reſtituent frugiferis opes.
Exinde æthereis calens
Flammis, intrepido milite barbaros
PRINCEPS OTTOMANOS *petens*
Duro CHRISTICOLAS *ſeruitio eximet,*
Et BYZANTIA *mœnia*
Victor BISTONIIS *Regibus auferet.*

G. G.



DE CAPTA RVPELLA A LVDOVICO XIII. EPIGRAMMATA.

POLYSTICHA XIII.

1.



VR Rupella capi tanto post tempore cœpit?
Quòd Regis nondum viderat ora sui:
Illius vt primùm conspexit lumina, capta est,
Nec mirum, hæc quisquis conspicit, his capitur.

2.

Dum pedibus Rupella tuis aduoluitur ô Rex,
Quam contra reges tot potuere nihil,
Victorémque suum clara te voce fatetur,
Si bene quos fundit percipis aure sonos,
Non tam hæc Rupellæ quàm regum lingua priorum est,
Qui, tibi Rex vno, cedimus, ore sonant.

3.

Vincere Rupellam parui Rex maximè ducis,
Maiores Rupes vincere consilium est.
Vicisti parcens victis, tot pectore magnis
Rupibus; hæc etenim pectora nunc tua sunt;
At non iam rupes illi, sed mollia cuncti
Corda gerunt; tantum parcere prodigium est!

4.

Quæ melior miseris Rupellæ ciuibus orta est
Ingluuiene fames, ingluuiesne fame?
Hos rabiosa fames crudeliter ante necabat,
At nunc ingluuies insaturata necat:
O quàm iusta Dei sequitur vindicta rebelles!
Rex licet ignoscat, non tamen ira Dei.

5.

Retia quam multo Rex milite cinxerat Anglus,
Illo non potuit milite cincta capi:
At munita mari Rupella, & mœnibus altis,
Milite mox Gallo cingitur, & capitur.
Te conferre meis aude nunc Anglia Gallis,
Vel regem regi, vel tua regna meo.
Quantum Rupellæ concedit Retia, tantum
Cedere te, toto certa erit orbe fides.

6.

Ingentem pelago commisit perfida classem
Anglia, Rupellæ misit & auxilio.
Anglorum naues hausit mare, Tartarus Anglos,
Naufragio, soli se rapuere duo.
Nempe pudor facti, rumórque; hic peruolat orbem,
Anglica se fudit mœstus in arua pudor.

7.

Obsessam Græci Troiam vix mille carinis
Expugnare annis vix potuere decem.
Aggere Rupellam Rex vno, expugnat & anno,
Et Rupella quidem Gallica Troia fuit.
Scilicet ille secans medium mare regius agger
Pro denis ratium millibus vnus erat:

Et nouus ad Troiam hanc qui venit Gallus Achilles,
Græco illo decies maior Achille fuit.

8.

Comparatio Rupellani aggeris cum Tyrio Alexandri.

Regis opus, miram lapidum longo ordine molem,
Neptunus medio vidit in Oceano:
Desine nunc iactare tuum mihi Græcia regem
Dixit, párque tui dicere regis opus:
Si regem regi confers, molem aspice vtramque,
Illam hominis dices, hanc opus esse Dei.

9.

Quo Rupella die Regi se victa reclusit,
Ecquis in hanc primus qua data porta ruit?
Prima Ceres, primi Cerealia munera panes,
Et bissex panum millia, prima cohors.
Non aliis implenda fuit Rupella cateruis,
Nam tunc hostis erat solus in vrbe, fames:
Miles nullus erat, vir nullus, militis ora,
Ora viri, diræ vera tot ora famis.
Vna fames hominum varias imitata figuras,
Et puer, atque senex, vir mulierque fuit.
Rupellæ hæc facies; talis Rupella domari
Non poterat ferro, farre domanda fuit.

10.

Dum Rupella suis tot propugnacula muris,
Tot validas arces arcibus agglomerat,
Quàm metuit malesana capi! nec ab vrbe timorem
Pellit, quem clausum mœnibus intus habet.

At muris viduata nihil timet amplius, vnde hoc?
Vndique quà fugiat nunc timor omnis habet.

11.

Quas Rupella sibi centum construxerat annis,
Turres atque arces diruit vna dies.
Tam longum tantorum operum insanúmque laborem
Sternere quâ potuit tam breuis arte labor?
Ars fuit vna, Deum socium fecisse laboris,
Hoc summi poterat Numinis vna manus.
Attamen hoc Regis pietas molita peregit,
Nimirum pietas regia dextra Dei est.

12.

Hæreticus visa Regis pietate subitò ad fidem conuersus.

Rupella in media præsens sub imagine panis
Numen, dum mira Rex pietate colit,
Perfidus extemplo multis è millibus vnus
Intonat has voces, en Deus, ecce Deus.
Certa fides, facit hæc pietas mihi regia certam,
Quod veri signum certius esse potest?
Qui potuit de rupe istas educere voces,
De rupe vt Moses non potuisset aquas?

13.

Quæ tibi nunc mens est ô mons Albane subacta
Rupella? anne vltra perfidus esse potes?
Fortè tuam obdurat Regis clementia frontem,
Quæ parcit victis promeritísque mori:
Falleris, hæc metuenda tibi clementia Regis,
Ex qua te grauior pœna luenda manet.
Nam dum vindicta facilis Rex abstinet, illam
Arbitrio cedit iustitiæque Dei,

Quæ tanto grauiùs sontes vrgétque premitque,
Insontes Regis quo minor ira fuit.
Ergo Principibus, populi, parere lubentes
Discite, tu Regi Gallia disce tuo:
Certa rebellantum pœna est, nec tarda, rebelles
Nam meritæ morti Rexve Deúsve dabit.

DISTICHA XIII.

1.

Rupellam Rex ingreditur, cum Rege fidésque,
Relligióque, & cum Relligione Deus.

2.

Regis ad aspectum Rupellæ porta patescit,
Inferni Christo sic patuere fores.

3.

Rex vrbem capit, hæc illum, at quàm dispare fato!
Rex capiens vincit, vincitur hæc capiens.

4.

Quid medio structus pelago facit agger? in vrbem
Claudit iter ratibus, militibúsque aperit.

5.

Quem mare non sternit, licet vndique verberet, agger,
Rupellæ strauit mœnia, nec tetigit.

6.

Rupellæ turres regno cœlóque minantes
Æquauere solo dum cecidere minaci.

7.

Surda priùs, nunc vocem audit Rupella iubentis,
Cur patuere aures? clauserat ora fames.

8.

Vrbe famem Rex donat, & hunc mox donat eâdem
Vrbe fames; gratam quis negat esse famem?

9.

Enectósne fame dicam, saturósne Rebelles?
Quippe animas etiam nocte diéque vomunt.

10.

Dum mare tot ratibus tegis Angle quid efficis? vnum hoc,
Rupellam captam ne mare conspiciat.

11.

Anglus opem cupiens Rupellæ ferre rebelli
Spondet, tentat, agit, plurima, multa, nihil.

12.

Anglia Rupellam captam non crederet absens,
Adfuit vt posset credere, credit, abit.

13.

Rupellâ Rex edomitâ regna extera quære,
Non vltra tua te Gallia tota capit.

MONOSTICHA XIII.

1.

Rex mare Rupellæ clausit? terrâ ibit in vrbem.

2.

Panditur vrbs Regi, belli omnis ianua clausa est.

3.

Vrbs capitur, captam canit, & stupet orbis vterque.

4.

Vix anno capitur, tanta est constantia Regis.

5.

Rex parcit captæ, tanta eſt clementia Regis.

6.

Omnia condonat, ſibi ſic emit omnia, & omnes.

7.

Captæ arces ſternit, paci totidem erigit arces.

8.

Captam Iuſtitiæ reddit, nil iuſtius illo eſt.

9.

Reſtituit Diuis aras, donabitur aris.

10.

Anglia ter venit, ter, turpe! redire coacta eſt.

11.

Anglia ter pugnare auſa eſt, ter & Anglia victa eſt.

12.

Victa moras belli poſcit, pacem Anglia poſcet.

13.

Rex Anglis Italiſque dabit pacem, & dabit orbi.



RVPELLÆ

SAPIENS SENSVS

De legibus excidio ſuo dictis.

PROLOGVS.

Libera quæ legum tentabam viuere, leges
Dum patior, REGIS ſentio iura mei.
Legibus hiſce tamen dum duco beatior æuum,
Nec mereor; PATRIÆ ſentio dona PATRIS.

Prima lex.

MVRI ET PROPVGNACVLA SVBRVVNTOR.

Aëriæ moles & montibus æmula ſaxa
Latior vt Cereri ſit via, corruite.
O fruſtra aggeſti montes! queis languida tantum
Funera falce metens clauditur Eſuries.

Secunda lex.

ARATRO VRBS PERVIA ESTO.

Area Bellonæ denſis modo conſita telis
Mœnibus euerſis area ſum Cereris.
Bellonam coluiſſe piget. Tua ſcilicet auſis
Plus fuerat noſtris ira timenda, Ceres.

Tertia lex.

VRBANVS MAGISTRATVS ABDICATOR.

Purpura, & vrbani faſces, lateriſque ſuperbi
Triſte ſatellitium dum periere mihi,
Securi illuxere dies. Quos terruit alto
Nixa ſupercilio vis, timuiſſe ſolet.

Quarta lex.

CIVES VECTIGALES SVNTO.

Quam nocuit voluiſſe meo me viuere iure,
Tam prodeſt, quòd nunc non ſinor eſſe mea.
Libertas oneroſa vale, tê feſſa quieto
Colla do ſeruitio; me leuat iſtud onus.

Quinta lex.

ÆRARIVM REX SIBI VENDICATO.

Theſauris flaui fidebam cæca metalli.
Tradidit hos manibus Mars LODOICE *tuis.*
Plus manibus nunc fido tuis. mihi plena benigni
In populos animi pectora, diuitiæ.

Sexta lex.

ARMA REGI PVBLICE ET PRIVATIM TRADVNTOR.

Nunc priſcis nimium dominis famulata peribis
Machina murales apta vibrare globos.
Fiſtula glande necans,crudique peribitis enſes.
Hoc tantum, ſerò vos periiſſe,dolet.

Septima lex.

ADVENA HÆRETICVS VRBEM NE INCOLITO.

In mare ne fluctus, neu perfidus in mea defer
Mœnia, quam nutris, aduena, perfidiam.
Vrgeor ecce meis, quid me tua damna iuuabunt?
Vis meus eſſe? aliâ viuere diſce fide.

Octaua lex.

IMPIETAS TEMPLIS EXESTO.

Fœda taberna fuit templum mihi, buccina belli
Concio, fornaces pulpita perfidiæ.
Perfidiæ procul, & bellum, procul eſte tabernæ,
Dum cado, pulpita ſtant, concio, templa Deo.

Nona lex.

RELIGIOSÆ ÆDES EXCITANTOR.

Quàm malè tuta fui, licet hinc me cingeret Anglus,
Hinc agmen Gallum, hinc mœnia iuncta polo.
Sacris templa viris mihi propugnacula ſurgunt:
Cincta piis viuam tutior agminibus.

EPILOGVS.

Surgere quid Rupella vocem, ſi legibus iſtis
Compoſuiſſe vrbem dicitur excidium?
Tunc cecidi, Regi vellem cùm ſurgere ſuppar:
Cùm ſubero; hoc fuerit ſurgere, quod cadere.

FINIS.



ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΟΔΟΙΚΟΥ ΘΡΙΑΜΒΟΝ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΡΟΥΠΕΛΛΗΣ ΑΛΩΣΙΝ.

Πανηγυρικὸν ἔπος.



ΟΥΚ ἀρετῇ ὅσα ἄνδρες ἀτάσθαλοι ἧφι βίηφι
Πειθόμενοι φράσαντο, Θεοῦ ἀέκητι καμόντες.
ΕΙ δ' ἄρα σφιν κἂν τυτθὸν ὑπέρμορα πρῆ-
ξιν ὄπασσεν
Ὧν σφέτερον κατὰ θυμὸν ἐελδομένοισι γένοντο·
Καί τι καὶ ἐλπωρῆς κρεῖττον λάβον· οἷά τε πολλὰ
Φύρδην ἡμετέροις ἐν πρήγμασιν, οὐδὲ κατ' αἶσαν
Στρωφῶνται, ποταμοῖο δίκην σὺν πάντα φορεῦντος·
Ἀλλ' ἔμπης κατὰ καιρὸν ἄγει Θεὸς, ὧν ἐπέοικε
Σύμπαντας περὶ ἕκαστα διακριδὸν ἔργματ' ἐπαυρεῖν.
ΟΥτ' ἀλαοσκοπίην ποτ' ἔχει· κἂν ὄσσε μεμυκὼς
Μήθ' ὁράαν δόξῃ, μήτ' ἐμπάζεσθαι ἀλιτρῶν.
Ἤτοι ἐγὼ τοιόνδε καὶ ἄλλοτε μῦθον ἀκούσας
Μέμνημ'· οὐδ' ἑτέρου μᾶλλον πλήθουσι παλαιοῖς
Βιβλία, μηδ' ὀνομαστά· καὶ εἰς τόδε συχνὸν ἀπ' ἀρχῆς
Δεῖγμα βίου θνητοῖο μέγας ῥόος ἀμφιελίσσει.

Ἀλλά μοι οὔ πω κόσμος ἐείσατο πασάδ' ἐς αὐγὰς
Ἠελίου φορέσαι, μήθ' ὡς ἀείδηλα τετύχθαι
Οὔασιν, ὀφθαλμοῖς τε δίκης σημήϊα ταύτης,
Οἷον δὴ χρόνος ἄμμιν ὑπ' ὄψεσι θῆκεν ἰδέσθαι
Λοίσθιον· ὡς λαοὺς ἀθεμίστια πολλὰ πάροιθεν
Μησαμένους· (τοῖσιν σφέτερον κράτος εὐχετόωντο
Ὄβριμον, ἀστυφέλικτον· ἐπεὶ πόλιν εἶχον ἐρυμνὴν,
Τάφρῳ, καὶ τείχεσσι περιξ, πύργοις τ' ἀραρυῖαν·)
Ὀψὲ μὲν, ἀλλ' οὔπω δή ποτε κάββαλεν, ἠνορέης τε
Παῦσεν, καὶ βασιλῆος ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγε δαίμων.
Ἔργον δὴ τόδε φημὶ παρὰ Φράγκοισι μέγιστον
Ἔμμεναι, ὧν μετὰ τοῖσιν ὁμοῦ ξύμπαντες ἔρεξαν
Ὅσσοι σκῆπτρα νέμοντο βίῃ θαλέθοντες ἄνακτες.
Καί τοι γ' οὐκ ὀλίγους, οὔτ' ἐν πολέμοισι ἀκιδνοὺς
Πρόσθε λάχον βασιλῆας ἀγάκλυτα ἔθνεα Φράγκων·
Ἀλλὰ τόσον προφέροντας ἅμ' ἀλκῇ, καὶ πραπίδεσσι
Τῶν ἄλλων, οἱ πολλοὶ ἐν ἀλλοδαποῖσιν ἄνασσον·
Ὅσσον ὑπὲρ λαῶν Φράγκων γένος ἔσχεθε πάντων.
Ἄλλος μὲν τις ἔπειτα νόῳ τόδε κῦδος ἐπελθὼν,
Κυδαλίμων τ' ἔργων μεμαὼς μήστωρα γεραίροι,
Μοῦνον ἐφ' ὁρμήσει πολέμου στονόεντα κυδοιμὸν,
Παντοίων ὄπωπη τε μάχας, ἀνδροκτασίας τε,
Ὠτειλάς τε, καὶ αἷμα, καὶ ἀργαλέον μόθον εὕροι.
Μαρναμένων· περὶ δ' αὖ κρατερὴν πόλιν ἀμφιπένοιτο·
Ἥ τις ἐπ' Ὠκεανοῖο, ῥοώδεος ἐγγύθι κόλπου,
Ἐν καλῷ ἕστηκεν· ἕλος δέ τε γῆθεν ἄπειργον
Ἔνθεν ὀρινομένου τέταται δόρος ἀσφαλὲς ἄλκαρ·
Λαΐνεόν τε περιξ τεῖχος, καὶ ἐπάλξιες ἄκραι,
Πύργοι τ' ἠλίβατοι, καὶ χώματα· τοῖσιν ἐπ' αὐλοὶ
Χάλκειοι προβλῆτες ἔασιν, καὶ πάντοσε κύκλῳ.

Rupellæ munimenta validissima.

Τῆλε μάλ' ἐκ στομάτων μύδρους φλογόεντας ἔβαλλον
Σμερδαλέῳ πατάγῳ. τὰ δ' ὅμως διὰ πάντα βεβηκὼς
Αντίθεος Βασιλεὺς τόσσον μῆκος εἷλε πόληος·
Εἷλε, καὶ ἐξαλάπαξεν, ἅμα στρατῷ ἔνδον ὀρούσας.
Θηήσαιτο δ' ἔπειτα καὶ ἄλλοθι τεῖχος ἀγητόν·
Ὁ Φράγκων ὑπὸ χερσὶν ἁλὸς κατὰ μέσσα διαπρὸ
Ακτῆς ἀμφοτέρωθεν ἐλήλατο, ἔμπεδον εἶλαρ
Αψόῤῥον ποτὶ κῦμα πολυκλύστοιο θαλάσσης,
Δηΐων τε στόλον εὐρύν· ὃν ἐξ ἁλιερκέος ἄνδρες
Βρεττανίης ἀγάγοντο, κακὸν Φράγκοισι φέροντες,
Χάρμα τε τειχήρεσσ' ἀνεμώλιον. οὐ γὰρ ὄνασθαι
Συμμαχίης ποτ' ἔμελλον ἐπήλυδες· οὔτε δὴ ἄμφω
Μόχθων οὐκ ὀλίγων, καὶ ἀπείρονος ἄξι' ἄποινα
Αρνυσθαι δαπάνης, μήθ' ἐλπίδος ἆσσον ἱκέσθαι.
Ταῦτ' ἄρα, καὶ τούτοισιν ὁμοῖια πόλλ' ἂν ἀοιδὸς
Εἴποι, θέσκελον ἔργον ἑοῖς ὕμνοισιν ὀφέλλων.
Αλλ' ἐγὼ οὐ τόσσον χερὸς ἐνθάδε θούριδος ἀλκὴν,
Η θνητῆς ἄγαμαι σοφίης πόνον· οἷσι τρόπαια
Ιφθίμου βασιλῆος ἀγάλλεται· ὅσσον ἐκεῖνο
Εκπάγλως σέβομαι, περὶ τ' ἄλλων ἔξοχα πάντων
Μνήσομαι· ὡς ἐν τοῖσδε, καὶ εἰν ἑτέροισι φαάνθη,
Πρίν γε Θεοῦ, σκοπὸν ἄλλον ἐπ' οὐδένα βαλλέμεν αὐτὸν,
Εἴτε μάλ' εἰρήνης, εἴτ' ἄρεος ἔμπεσεν ἀκμή.
Εν δὲ πάλιν περὶ κῆρι μεμηλότα οὐρανίδῃσιν,
Εἰς τέκμαρ περάαν, τάπερ αὖ φρεσὶν ἧσι μενοινᾷ,
Οὐχ ἅλιον τόδ' ἔπος· μάρτυς δέ μοι οὐκ ἀπατηλὸς
Εξ ὧν δὴ πολεμόνδε κιὼν καθ' ἕκαστα πίφαυσκεν·
Ων τε πρὶν ἢ πέρσαι πόλιν, ἢ μετόπισθεν ἔωργε.
Τίς δέ κεν ἠγνοίησε βροτῶν, οἳ Φραγκίδα γαῖαν
Ναίουσιν· τίς δ' οὐκ ἐπῄνεσε μῦθον ἄνακτος

Laudandum in Ludouico maximè animi propositũ ad Deum omnia referentis.

Regis in ore vox illa frequens: Da mihi virtutem

contra hostes tuos, non meos.

Θαυμαίνων, τὸν πλεῖστον ἀνὰ στόμα εἶχεν ἑκάστων,
Δεινοῦ δ' ἔτ' ἀκμάζοντος, ἑῶν μεσσηγὺς ἀέθλων;
Φῆ γὰρ, ὅτ' αἰτήσασκε Θεὸν πολέμοιο μέδοντα
Πάντα οἱ εὖ θέσθαι· Δός μοί σεθεν, ὦ ἄνα, μοῦνον
Δυσμενέας τίσασθαι· ἐμοὺς δ' ἄφες· οὐ γὰρ ἔμοιγε
Μέμβλονται· κείνων κάτα μοι κράτος ἐγγυάλιξον.
Ως φάτο. ὡς δὲ δυσὶν τὸ μὲν εὔξατο· τοῦ δὲ μεθῆκε·
Αλλ' οὐκ ἦν τόδε πως τετελεσμένον, οὔτε δάσασθαι
Ανδιχ' ἑῶν. τίς γὰρ τοῖόν ποτε ὃν κατὰ θυμὸν
Εχθαίρει βασιλῆα, μὴ εἰς Θεὸν ἔχθος ἀέξων;
Τοίγαρ ὁμοῦ σφετέροις τε πατὴρ κατένευε, τεοὺς τε
Αντιβίους ὑπὸ χεῖρα λαβεῖν πλήσσοντας ἀνάγκη.

ΟΥ μὴν τίσασθαι, μήτ' ἄξια περ ἀτλέμεν ἔτλης
Ων τε πάρος ῥέξαν, ὧν θ' ἐρδέμεν αὖτις ἔμελλον.

Rupellanorũ in Regẽ perfidia.

ΟΙ τε μαχεσσάμενοι δηρὸν χρόνον, οὐκέτι πηγοὺς
ΑΥχένας ὑββαλέειν ζυγῷ ἤθελον, ἠύτε ταῦροι
Αδμῆτες, κεράεσσι πεποιθότες, ἠδὲ βίηφι,
Ζεύγλῃ ὑπὸ λοφίην θέσθαι, καὶ γηπονέοντι
Πείθεσθ' οὐκ ἐθέλοντες, ἐὸν καυάξαι ἄροτρον.
ΟΙ τε καὶ ὅρκια πιστὰ, τά περ τάμον, ἐν καιρὸς αἴσῃ
Πολλάκι τιμήσοντες, ἄρην βασιλεῦσιν ἔγειρον,
Ληΐδα τε Φράγκων ἀπ' ἀγίνεον ἤλιθα πολλήν.
Πρὸς δ' ἄρα, καὶ πάντων ὀλοώτερον, ἀλλοδαποῖσι
Μιχθέντες φιλίῃ, γένος ἄγριον, ἀμφότερόν τε
Εκ πολλοῦ, Φράγκοις τε, καὶ ὑρανίδησιν ἀπεχθὲς
Ωρσαν ἀνωϊστὶ, κοινόν σφισι πῆμα, καὶ ἄμμιν.
Τοὺς μὲν ὅμως λιμῷ δαμάσας μεγαλήτορα θυμόν·
(Η τε δίκη κτιλωῶν, ὅτε κοιρανέοισι μάχωνται·)

Capti ac leuiter castigati.

Γούνασι προσπίτνοντας ἀνήγαγες αἶψα φόως δέ.
Ως δὲ πατὴρ ὃν παῖδα κακῷ ἐπὶ ἔργματ' ἁλόντα

Στοργῆ ὕπο σμικρόν τι λαβὼν ἐπὶ μάστιγι πλήσσει.
Ὡς σὺ κακῶν ῥεκτῆρα, κακῶς δὴ ἐπὶ τοῖσιν ὀλέσθαι
Ἄξιον αἰδεσθεὶς ἱκέτην τότε δῆμον ἀφῆκας,
Μηνίσας ὀλίγον. τοὺς οὔπω πάρος, ἧπερ ἔχεσκον,
Ἀσκηθεῖς μίμνειν, καὶ ἀσινέας ἄστεος ἔνδον
Ἤθελες. οὔτε σε θυμὸς ἐπετράπετ' ἔνδικα ποινὴν
Ἄρνυσθαι, ξίφος ὀξὺ μένος διὰ πλεῖστον ἄγοντα.
Ἢ ὅ,τι περ πάσης ὄφελος κτείνοντα πόληος.
ΟΥτω μὲν σάφ' ἔδειξας ὅπου χάριν, ἐς δὲ τι λοίσθων
Τοσσατίων μόχθων ἐπεβήσαο. μηδὲ γὰρ αὐτοῦ
ΕΙνεκεν, οὐδὲ κλέος διζήμενος ἔνθεν ἐπαυρεῖν,
Ἢ τίσιν ὧν αὐτὸς πάθες, οὐτιδανῶν ὑπὸ λαῶν
Ὑβρισθείς· ἀλλ' οἷ ἀμύνασθαι τάπερ οὔτοι
Ἄασαν ὃν φιλέεις πεφιλημένος ἀρχὸν Ὀλύμπου·
Ἅψασθαι πολέμου. τὸ δὲ νίκης ὕστερα πάντως
Ἔργα διαπρύσιον κατ' ἔθνεα τηλόσ' ἀΰτει.
ΑΥτίκα γὰρ πόλεως ἐπιβήμενος, οὐ σέθεν ἔφθης
Ὤσασθαι στρατιὴν, καὶ ἐπήβολος ἔμμεν' ἁπάντων
Καὶ δὴ πρῶτα Θεοῦ μνησθεὶς ὕμνοισιν ἀμείβες
Τόσσα χαριζόμενον· καὶ ἱερὰ δώματ' ἀνώγεις,
Σηκούς τε ζαθέους· ἧπερ θέμις ἐστὶ· καθαίρειν
Χριστιανῶν θεσμοὺς κατ' ἀμύμονας· ὁππότε κείνοις,
Ἀμφιπόλους ἐλάσαντες, ἐπέχραον αἱρεσιῶται
Δυσσεβέες, καὶ κεῖθι ὁμήγυριν, ἠδὲ θοώκους
Ἔστησαν. τότε λῦμα κακὸν, καὶ ἀδευκέα λώβην
Φοιβῆσαι τελεταῖς νόμος ἄραρεν. οὐ τότε Κελτῶν
Κηδόμενος βασιλεὺς, τελέσαι τὰ μὲν οὖν, κατὰ κόσμον
Κέκλετο· πρὸς δ' αὖθις πυκινὴν ἠρτύσατο βουλήν·
Ὄφρα μὴ ἱερὰ μόνον τεμένη, καὶ αἰδόμενα Χριστοῦ
Δώματα, τῇ δ' ὁσίῃ πρὸς ἀμείνονα λῆξιν ἄγοιτο.

Rupellam ingressus statim eam, eiúsque sacra loca repurgauit.

Πᾶς δὲ τόπος ξυνὸς σῖσιν, ἄγυιά τε, καὶ περίπλεων ἄστυ,
Οἰκιά τε ξύμπαντ' ἀπολυμαινοίατο μῦσος,
Κὰν πνοιῇ χρανθέντα κακόφρονος ἔνδον ὁμίλου.
Αἰδέομαι γὰρ πάντα πιφαυσκέμεν, ἠδ' ὀνομῆναι,
Ὅσσα Θεοῦ, καὶ ἄνακτος ὀνείδεα κερτομέοντες
Παμμιάροις στομάτεσσι κατήρυγον, ἀφραδίῃσι,
Χρειοῖ τ' εἴκοντες· τὰ σφῶν κεφαλῇ ὧδε τράποιτο.

Pompa sacra & supplicatio Rupellæ celebrata describitur.

Τοὔνεκα θεσπεσίην πομπήν, καὶ δῆμον ἀολλῆ
Εὐσεβέων ἀνδρῶν πόλεως διὰ μέσσον ἔλασσεν.
Οἱ μὲν ἔβαν ὄπιθεν σταυροῦ. ὁ γὰρ ἦρχεν ὁδοῖο
Χρυσοῦ ἀπαστράπτων, ἠδ' ἀργύρου ἄσπετον αἴγλην.
Οὐρανιδῶν τε πέριξ ἰνδάλματα τιμήεντα.
Τοῖσιν ἐπ' ἀρητῆρες ὁδοῦ ἑκάτερθεν ἕποντο,
Οἷς τε βίον ἀνὰ κόσμον ἔθ' εὕδεεν· οἵ τε τραχήλῳ
Κόσμου ἑκὰς ζώουσι θεουδέα δεσμὸν ὀχεῦντες.
Ἑξῆς δ' ἱρήων ἴσαν ὄρχαμοι· οὓς ἐπὶ ποίμναις
Στῆσεν ἑαῖς μήλων ὅγ' ὑπὲρ μοίρην ἄφθιτος ἔτλη.
Τοὺς δὲ μετ' ἐρρώοντο βάδην Φράγκων πανάριστοι
Ἄρχοντες, στρατιῆς κοσμήτορες, ἠδὲ μέδοντες
Λαῶν, ἢ πόλεων ἡγήτορες, ἀνέρες ἐσθλοί,
Ἰλαδὸν ἠγάθεον πωλεύμενοι ἀμφὶ ἄνακτα.
Πὰρ δέ οἱ ὃς τούτοισι μετέπρεπε δαιμόνιος φὼς

Illustr. Card. Richelius.

Βουλῇ καὶ σοφίῃ Φράγκων ὄχα φέρτερος ἄλλων·
Ἡ δ' ἀρχῆς μέγ' ἔρεισμα Ριχέλλιος· ᾧ περὶ πάντων
Τῶν νῦν δῶκε Θεὸς περιδέξιον ἐν φρεσὶν ἦτορ,
Ῥηϊδίως πόλεμόν τε, καὶ εἰρήνην τολυπεύειν.
Ὣς οἱ μὲν στιχόωνθ' ὁμόθεν πομπῆες ἀγαυοί,
Ἐν τάξει βεβαῶτες ἐπισταδόν· ἦρχε δ' ἄρα σφῶν
Εὐνομίη τε, Δίκη τε, καὶ Εἰρήνη γελόωσα.
Τόφρα δ' ἀπὸ στομάτων θεοειδέα γῆρυν ἱέντες,

Ποιμένος Ἰσακίδου μέλπον χαρίεσσαν ἀοιδὴν,
Πάντες ἀμοιβηδίς· ποτὶ δ' οὐρανὸν ἦεν ἀϋτὴ
Ἕλκουσα πτερόεντας ἐπὶ πτόλιν Ἀγγελιώτας.
Αὐτίκα γοῦν ἤϊξαν ὁμόθροον εἰδότες αὐδὴν,
Πομπήν τ' ὀτρύνοντες. ὄρινε γὰρ ὑψόθεν αὐτοὺς,
Ποιπνύειν τ' ἐκέλευε Θεοῦ πέμποντος ἐφετμή.
Τοὺς δ' ἄγεν ἴφθιμος Μιχαὴλ στρατοῦ ἄμβροτος ἄρχων
Οὐρανίου. τοῖον γὰρ ἔχει γέρας, ἐξότε πολλὴν
Μοῖραν ἀποστήσας χρυσόθρονος ἔμβαλε δαίμων
Ὑψίστῳ βασιλῆϊ, τὰ ἐλδόμενος τελέσασθαι
Νήπιος, ὧν πέρας οὐχ εὗρεν, καὶ πρῆξιν ἔμελλεν.
Αἶψα γὰρ ἀντιβίην σὺν τάγμασιν, ἀστραπῇ ἶσος
Ὦρτο μέγας Μιχαήλ· σκοτίας δ' ἐκέδασσε φάλαγγας
Εἰς μυχὸν ἠερόεντα βαλών· ὅθι μακρὰν Ὀλύμπου,
Μεσσόθι γῆς, ἀΐδου τέταται φλογόεντα βέρεθρα.
Οὗτος καὶ Φράγκων θεόθεν κλυτὸν ἔλλαχ' ἄνακτα,
Ἐμμενέως τε φυλασσέμεναι, καὶ πήματ' ἀλαλκεῖν,
Ἣ νόμος οὐρανίοις φύλακας μερόπεσσι παρεῖναι.
Καὶ μὴν τόφρα παρῆν· σὺν δὲ στίχες Ἀγγελιωτῶν
Νήριθμοι. χρειὼ γὰρ ἔπειγέ μιν· ὄφρα δράκοντος
Ὠμοβόρου παύσῃ μένος ἄσχετον· εἰς δὲ βάθιστον
Τάρταρον ἐκ Φράγκων ἀπάγῃ πληγῇσι δαμέντα.
Οὐ γὰρ ἑκὼν πόλεως ἐξέσσυτο· ἦ γὰρ ἐώλπει
Νωλεμέως χήσειν ἕδος ἀσφαλές· οὐδὲ μεθῆκε.
Ἀλλά ἑ προτροπάδην ἧς γὰρ πάρος ἔκθορεν ἕδρης
Κεῖσε φυγεῖν προέεικε Θεοῦ στρατιῇσιν ἐφεστώς·
Ἀέρα τ' ἐξεκάθηρε πέριξ· ἵνα ἔμπεδον εἴη
Κτῆμα πόλις βασιλῆος ὁμοῦ, σεμνῆς τε θέμιστος·
Ἣν πάλαι ἐντεῦθεν κρυερὴ προφυγοῦσαν ἀνάγκη
Καὶ Θεὸς εὐμενέων, καὶ ἄναξ Λοδόϊκος ἀνίστη.

Michaël cum Angelis aduolat.

Michaël regis Christianissimi tutelaris Dæmones è Rupella eiicit.

Ημος δὲ πτολίεθρον ἁλῶ, πόλεμός τε κατ' εὐχὴν
Εσχε πέρας· μᾶλλον δ' εὐχῆς καθυπέρτερον ἔστη·
Δὴ τότε γηθόσυνος Μιχαὴλ ὤτρυνε φέρεσθαι
Παντόσ' ἀελλοπόδων καὶ πρὶν μεμαῶτά γ' ὅμιλον
Πᾶσαν ἐπὶ χθόνα, καὶ μακροῦ πόντοιο κέλευθα,
Φήμην ἀγγελέοντας ὁμόφροσι χάρμα φέρουσαν,
Δυσμενέεσσι δὲ πένθος· ὅ τις κακὰ μήδετο Φράγκοις.
Βὰν δ' ἴμεν, ὡς ὅτε νυκτὸς, ἢ, ἐν θέρει, εὖτε κατ' ἦμαρ
Αστέρες ἐξάπτοντες ἀπ' οὐρανόθεν ποτὶ γαῖαν
Εξαπίνης σελάεσσι, πυρὸς μέγαν ὁλκὸν ἄγοντες.
Πλῆσαν δὲ πτόλιας πάσας, νήσους τε, καὶ ὅρμους.
Χριστιανῶν δὲ μάλιστα κατ' ἔθνεα πάγχυ δεδήει
Οσσα φάους γλυκίων τερψιμβρότου ἠελίοιο.

Famam eius rei toto orbe dissipant Angeli.

ΟΥ γὰρ ἐγὼ ταύτης ποτ' ἀρείονά φημι γενέσθαι
Ασπάσιόν τ' ἀγαθοῖς μᾶλλον, πολλοῖσι δ' ἄπιστον.
ΟΙ φάτιν, ἀλλοδαποί περ, ἀνὰ στόμα τήνδε φέρεσκον·
ΟΥ ποτε Ῥούπελλαν Φράγκων ὑπ' ἄνακτα πεσεῖσθαι·
Μηδέ ποτ' ἀνδρομέη τε βίη, καὶ χερσὶν ἁλοῦσαν
Βουλῇ τ' ἀνδρομέῃ τόσσον σφισὶ κῦδος ὀπάσσειν.
Ωδε μὲν ἔννεπον· ὃ δὲ δὴ μήκιστα πέφηνε
Μήτ' οἶον ψεῦδος ἅπαν, μήτ' ἀτρεκές. ἀλλ' ἕτερον μὲν
Επλετο· τοῦ δ' ἑτέρου παλιμπλαγχθέντες ἅμαρτον.
Κελτῶν γὰρ Ῥούπελλαν ἄναξ ἕλεν. οὐχὶ δὲ ταύτην
Ανδρομέη βουλῇ τε, βίῃ θ' ἕλεν· ἀλλὰ θεοῖο

Rupellam inexpugnabilem esse vulgò ferebant etiam externi.

Νεύματι. τοῦ γ' ἀπὸ παιδὸς ἐρᾶν, καθαρῶς τε σέβεσθαι
Ορνύμενος, τοίῳ μάλ' ἀοσσητῆρι πέποιθεν,
Παντα νέμων τούτῳ· ὧν τ' ἔμμορεν ἄξια τίνει
Δῶρα, τά γ' ἐκ πάντων ἄγαται Θεός· ἤθεος ἁγνοῦ
Αγλαΐην, σεμνόν τε βίου τρόπον· ἠδὲ τ' ἐπέοικε
Δόγμασι θεσπεσίοισιν ὁμόφρονα πίστιν ὁμαρτεῖν

Erga Deum gratus, & beneficij memor Ludouicus.

Μνήμης

Μνήμης δ' οὐχ ἥκιστα διηνεκέεσσιν ἀμοιβαῖς,
Καὶ χρείτων τῆς μιν ἄναξ καθ' ἕκαστα, τυχήσας
Ὧν πόθεσεν, καὶ ὅτεω κεχρημένος ἀντιάασκεν.
Ὅσσῳ δ' ἐκ θεόθεν ποτὶ μείζονος εὖχος ἀέρθη
Εὐτυχίης, ἥτ' ἀνθρώπων φρένας ἤπαφε πολλῶν,
Ἐκπάγλως τ' ἀλάωσε, μέγαν Θεὸν ἐκλελαθοῦσα.
Τόσσῳ ἄναξ πλεῖον κρατερῇ ὑπὸ χειρὶ βέβηκε,
Κόμπον ἀφεὶς, καὶ μηδὲν ὑπέρμετρον, οὔτ' ἀέσιφρον
Μήτε νόῳ κεύθει, μήτ' ἄφρονι χείλεϊ βάζει.
Τοὔνεκεν ἐξ ἴσης μιν ἐφίλατο σύνθρονος ἄρχων
Πατρὶ Θεῷ Θεὸς αὐτός. ἐπεὶ τοίσδεσσι γέγηθεν,
Οἳ μέγα μὴ φρονέοντες ἐναίσιμον ἦτορ ἔχουσι.
Ῥεῖα δ' ἀγηνορέοντας ἀφ' ὑψόθεν οὔδει χρίμπτει.
Κεῖνο δὲ οὐκ ἐπέτειλε μόνως, ἔργῳ δὲ δίδαξε
Θνητὸς ἐνὶ θνητοῖσι γεγὼς, αὐτόν τε χάλεψεν
Ἔσχατον ἐς βιότου μέχρι σταυροῖο κατελθών.
Τοῦτο δ' ἐπεὶ Λοδοΐκος ἑῷ συμφράσσατο θυμῷ,
Καὶ μάθεν οὐδ' ἀχάριστος ἐφ' ᾧ λάβεν ἔμμεναι ὄλβῳ,
Οὐδ' ὑπερηνορέῃ· ἐπιτάρροθον ἔλλαχεν ἰσχὺν
Γαίης κοιρανέοντος, ἰδ' οὐρανοῦ· ὅς τέ μιν αἰεὶ
Πρόφρων ἐξεσάωσε, καὶ ὧν ἐπεβάλλετο, τέκμωρ
Δῶκε τέως· ὡσεί τε ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλοντι
Ἰκμένον οὖρον ἐνῆκε· λιμὴν δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Οὐ μὲν ἀνιδρωτὶ κεκομισμένον. ὧδε γὰρ ἔμπης
Τειρομένοις χαλεποῖσι φίλοις θεράποντας ἐπ' ἐσθλὸν
Ὦρσε τέλος· κάματον δὲ κλέους προπάροιθεν ἔταξεν.
Ὡς πάρος· ὡς καὶ νῦν βουλεύσατο. καὶ γὰρ ἄνακτι
Οὐ λείην ποτὶ νίκης ἄγων ἀπέτεμνε κέλευθον.
Ἀλλ' οἵην ἥρωσι παλαιγενέεσσι πέπασσεν,
Ἀργαλέων τε διὰ πολέμων, μόχθων τε, καμάτων τε,

Deus Ludouicum ob animi moderationem amat, & in omnibus adiuuat.

Ludouicus magnus priùs toleratis laboribus voti compos fieri solet.

Αλλ' οἱ μὲν κάματοι πεποτήαται· ὡς ἂν ὄνειρος
Ανδρὸς ἀπ' ἐγρομένοιο φύγῃ· κῦδος δὲ λέλειπται
Αθάνατον, φήμη τε, παλαίφατον ἢ κατὰ μῦθον
Εκ τε Διὸς γεγαυῖα, καὶ ἄμμορος οὖσα τελευτῆς.
Η μὲν πρὶν, Λοδόϊκε, τεὸν κλέος ἐξετάνυσσε
Γαῖαν ὁμοῦ, πόντον τ' ἐπ' ἀπείρονα, μέσφα πρὸς αὐγὰς
Ηελίου ἀνιόντος· ὅθι κλυτὰ ἔθνεα Σηρῶν
Εκτέταται, τοὺς νῦν γε Σίνας καλέουσιν ἅπαντες.
Γῆς τ' ἐπὶ πείρωτ' ἔνεικεν, Ιηπονίδας ποτὶ νήσους.
Ενθα σε Χριστιανῶν σέβεται γένος, οὔνομα λαμπρὸν
Θαυμάζον· χαίρει τέ σεθεν χείρεσσι δίκηλον
Αμφαφόων, ὁρόων θ' ὡσεί τινος οὐρανιώνων.
ΟΥχ ἧττον ἐπὶ ἄλλα διέπτατο τέρματα γαίης
Σῆς ἀρετῆς, μένεός τε ποδηνέμος ἄγγελος ὄσσα,
Πρόσθε μέν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἀπείριτος ἔσσεται ἔργοις,
Πάγχυ διαπείρουσ' ἀγαθὴν φάτιν· οὕνεκα τόσσης
Περθομένης πόλεως· ἣ πρὶν κηρεσσιφορήτων
Χριστομάχων ἔρυμ' ἦν, φοβερόν θ' ἕδος αἱρεσιωτῶν·
Μοῖρα τέλος λαβέμεν, καὶ νὺξ ἐκποῦσαν ὀλέσθαι
ΑΙρεσιν, οὐλομένων τ' ἀνδρῶν στρατόν· οἳ πρὶν ἐπ' αἶαν
Ερπυζον, σκολιῇσι βροτοὺς κλέπτοντες ἀταρποῖς.
Καδδ' ἄρα πάντας ὁμὸς χήσει θεός, ἠδ' ἴα φωνὴ
Πίστιν ἀγασσαμένων· τὴν παῖς παρὰ πατρὸς ἄνωθεν
Δειδέχατ' ἐξ οὗ πρῶτα Θεὸς μερόπεσσι φαάνθη.
Η μὲν ἐπὶ χθόνα πᾶσαν ἀφίξεται ἄγγελος ὁρμὴ
Γαννυμένων, ἶσόν τ' ἰδίοις βασιλεῦσι φιλούντων
Τοσσατίων πρηκτῆρα, καὶ οὐ μάλα πείσματ' ἀνῆψαν
Ελπίδος ὑστατίης ὅσσοις Χριστοῖο μέμηλεν.
ΑΥσονίων δὲ μάλιστα χαρήσεται εὐσεβὲς ἔθνος,
ΟΙ τε κατ' ἑπταλόφου Ρώμης κρήδεμνον ἔχοντες·

Fama Ludouici, & in eum amor per totum orbem sparguntur.

Ludouicus profligata hæresi religionis assertor.

Romanorum, & summi Põtificis lætitia de expugnata Rupella.

Ἤχι μέγας ποιμὴν, Γέδου δ' ἕδος ἀςυφέλικτον
Στερρῇ ἐπὶ πέτρῃ, κόσμου πέρας εἰσόκεν ἔλθῃ
Μόρσιμον, ἕστηκεν. τοῦ δὲ πλέον ὄρσεθ' ἁπάντων
Γῆθος, ἀκουάζοντος ὃ δὴ πάλαι οὔχετ' ἀκούειν.
Καὶ δὴ νῦν ἐπάκουσε καὶ ὅς, καὶ γείτονες ἄλλοι,
Καί τ' ἤδη κεχάρηντ', ἔπαθόν θ' ὅσα καὶ νόος ἔνδον.
ΟΥ χάδεν, οὔτ' ἔπος ἡμέτερον· τί γ' ἄξια ποίμνης
Θρέμματα, καὶ Χριστοῦ μὴ ψευδέες εἰσὶ μαθηταί.
ΟΙ μὲν πειθόμενοι κεχαροίατο. ᾧ δὲ μὴ αὐτὰ
Ἤρεσε, μὰψ ἐστὶ Χριστώνυμος. ἄμμι δ' ἐσαῦθις
ΕΙη δυσμενέεσσιν ἐπίφθονα πολλὰ γενέσθαι,
Νωλεμέως κείνοις τ' ἀκαχήμεναι εἰς μέσον ἦτορ
Δακνομένοις· Φράγκοις τε, καὶ ὄρχαμον ἔξοχα Φράγκων
Πρεσβύτερον ἅτ' ἐπέοικε φίλ' ἀθανάτοισι φρονοῦντας.
Νικᾷν μὲν βασιλῆα, καὶ ἄρεος ὅ, ττι λέλοιπεν
ΕΥ θέμεναι, πειθοῖ τε πόλεις, ἢ δουρὸς ἀνάγκῃ
Ἀντιπάλων ἀπὸ χειρὸς ἑλεῖν. ἵνα πᾶσι γένηται
Εἷς Θεὸς, εἷς βασιλεύς· Φράγκων δ' ἅμα λαὸν ἅπαντ' ἀμφοῖν
Ζῆσαι ὁμοφρονέως, δηΐους φοβέοντα θύραζε,
ΟΙκοι δ' εὐνομίῃ πολλῇ θαλέθοντα, καὶ ὄλβῳ.



ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΟΔΟΙΚΟΥ ΘΡΙΑΜΒΟΝ.

ΟΥΚ ἄγαμαι Ῥώμης προτέρων γένος· οἵ τε θρίαμβον
Μισθὸν ἔθεντο βίης ἔμμεναι, οὐκ ἀρετῆς.
Νίκης μὲν τόδε φήμιστον κρατέουσιν ἄποινον.
Νίκη δ' ἀτρεκίης οὔνομ' ἔρημον ἔχει.

Οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπων κτάμεναι, καὶ θυμὸν ἀπαυρᾶν
Ἢ ζωγρῶντα μάχης δέσμιον ἐξαγαγεῖν·
Οὔτε πόλεις ἑλέειν, καὶ τείχεα, κάρτεος ἔργον
Ἀνδρομέου, νίκης ἢ κλέος ἀνδρομέης.
Ἀλλ' ἢ παρδάλεσιν μᾶλλον πρέπει, ἠὲ λέουσιν·
Ἢ ὅσον ἐν λόχμαις ἄγριον ἐμβρέμεται.
Ἢν δὲ βροτοῖς καὶ τοῖον ἀναπλέμεν εὖχος ἄρηρε.
Εἶεν ὅσοις θηρῶν ἐν φρεσὶν ἦθος ἔφυ.
Οἷοί περ ποτ' ἔσαν Λαιστρυγόνες, οἵτε δαφοινοὶ
Κύκλωπες Σικελῶν ἐνναέται σκοπέλων.
Ἤτοι γηγενέων φῦλ' ἄγρια· τούς περ ἔπεφνε
Ζεὺς ἀνὰ Φλεγραῖον μαρναμένους πεδίον.
Οἷς δὲ νόος βροτέου ἐπὶ σώματός ἐστι βρότειος,
Ἄλλό τι πρὸς νῖκος, καὶ μένος αἶσα βλέπειν.
Τόφρα μὲν ἡγεῖσθαι κρατέειν, ὅτε χερσὶ δαμέντων
Σώμασι, καὶ ψυχαῖς κοινὸν ἔθεντο ζυγόν,
Εἰς φιλίην τρέψαντας ἀπ' ἔχθεος. Εἰ δέ τις ἔνδον,
Μάρμαρος, ἢ στέρνων χαλκὸς ὑπεκτέταται.
Ἀλλ' εὐεργεσίης, καὶ ἐνηέος ἔργμασι θυμοῦ
Ἡττῆσθαι φαμένους μηκέτι δειλιάαν.
Τοῖόν σοι Λοδοῖκε, Θεοῦ βουλῇσι θρίαμβον
Δυσμενέων ἀρετὴ δῶκεν ἀπ' οὐλομένων.
Ὃς πόλιν ἄρρηκτον, καὶ ἀπειρέα ἔνδοθι λαὸν
Πολλοῖς σὺν καμάτοις ἶφι βιασσάμενος,
Μᾶλλον ἔλου ζωῆς περ ἀνάξιον ἄντα σαώζειν,
Ἢ μακρῆς ὀλέσαι εἵνεκ' ἀτασθαλίης,
Ποινὴν ἀρνύμενος, τὴν δή σέθεν ἄασαν ἀρχὴν
Δύτατα, τὴν δὲ Θεοῦ πρόσθεν ἀνηνάμενοι.
Κρεῖσσόν τοι τόδε νῖκος ἅμ', ἠνορέης τε τέτυκται
Δεῖγμα τεῆς πάντων, ὧν πάρος ἐκτέλεσας.

Καί τοί γ' οὐκ ὀνοτὸν προτέροις ἐν ἀγῶσιν ἔδοξας
Κῦδος ἀπ' ἀμφοτέρων δρεψάμενος χαρίτων.
Ἔξοχα δ' ὑστάτιον λαμπρὸς κατ' ἄρηα φαανθεὶς
Τοὺς γε πάρος δόξῃ κρύψας ὁμοῦ βασιλεῖς.
Ἀλλὰ τάδ' οὐκ ἔμπης οἷς ἔννεπον ἰσοφαρίζειν
Φαίη κεν σὺν ἐμοὶ πᾶς φρένας ὃς πέπαται.
Κάρτεϊ γοῦν κατ' ἐκεῖνα Θεὸς, νίκη τε γέγηθεν,
Ὁππάκι πρὸς θνητοὺς ἀντιβίην μάχεται·
Οὔτε γὰρ, ὁππότε μιν προκαλίζεται ἀνδρὸς ἀλιτροῦ
Ὕβρεις, ἀφεὶς πᾶσαν μῆνιν ὑπεκπροχέει.
Φειδοῖ, καὶ χαρίτεσσι νέμων δ' ὅ γε πλεῖον, ἀπαύστοις
Μαινομένοις κάμπολιν ἥδετ' ἐϋφροσύναις.
Οὐ μὴν ἀεὶ τετυχὼν τὴν γ' ἔλδεται· οὔτ' ἄρ ἀμαρτὼν
Πάντοτε. ἀλλ' ἀναμὶξ ἀμφοτέρων ἔχεται.
Οὐκ ἄλλος βασιλῆος ἔοι νόος· εἴ τι μέμηλε
Θέσκελον εἰς ἀρχῆς τῶνδ' ὑπόδειγμα βλέπειν.
Ὡς σὺ τέως μέμονας· καρδίην δ' ἐν χερσὶν ἀνάκτων Cor Regis in manu Dei est.
Οὐρανίδην φορέειν ἀρχὸν ἐπιστάμενοι·
(Ἣν σοφὸς Ἑβραίοις νημερτέα γῆρυν ἔειπε)
Φόρτος σοι, βασιλεῦ, θεσπέσιος μέλεται.
Μηδέ τι ὠμὸν ἐγγράψαι, καὶ νηλεὲς ἔγνως·
Πᾶν θ' ὅπερ οὖ θυμῷ μὴ φορέοντος ἄδοι.
Τοὔνεκα δύστηνόν τε πόλιν, δῆμόν τ' ἐλεαίρων
Κρείττονά τ' ἐλπωρῆς πολλὰ χαριζάμενος·
Θαύματος ἔμπλησας μάλ' οἰομένους θανέεσθαι·
Εἰς τ' ἔρον ἐξ ἔχθρης ἔτραπες ὀλλυμένης.
Νῦν σ' ἄρα νικητὴν· νῦν σφᾶς ἐνέπουσιν ἑκόντες
Ἥττονας· ἄτλητον νῦν φρένας ἄλγος ἔχει·
Οὕνεκεν ἀφραδίης, καὶ ἀϊδρείῃσι νόοιο
Δηρὸν ἔσαν τοίου φωτὸς ἀμερδόμενοι,

Ἄρχοντος, θ᾽, ὃς πᾶσι πατὴρ ὡς ἤπιος οἶδε
  Κρήγυον ἐρχομένοις κἂν πολεμοῦσι νέμειν.
ΑΥτὰρ ἐπεὶ θεόθεν κατὰ γῆν βασιλῆες ὄρονται·
  Μίσησεν δὲ Θεὸς τοῖσιν ἀπειθομένοις·
ΟΥτε μαχεσσαμένων ἄπιτος ποτε τόλμα λέλειπται·
  ΕΙ τις ἄναξ ποινῆς φείδεται, ἐσθλὸς ἐών,
Η δε Θεῷ πάντως μέλεται· καὶ ἀμύντορα τοῖς
  Χρήσεται, ᾧ σφετέρης οὐχὶ μέμηλε δίκης.
Τίς δέ κεν ἐξείποι, ὅσσω καθυπέρτερον ἄμμιν
  ΟΥράνιον βροτέου μήνιδος ἐστὶ βάρος;
Γινώσκοις τόδε ῥεῖα πεπυσμένος οὐκ ἀπατηλοῦ
  Μάρτυρος, οἷα μικρῷ πρόσθε πέπονθε πόλις
ΟΥ πιστὴ βασιλεῦσι, ζυγὸν δ᾽ ἀπὸ πάμπαν ἐλοῦσα
  ΑΥχένος, οὔτ᾽ αὐτῶν ἡνία δεξαμένη.
Η μὲν καρτεῖ ᾧ πισυνή, καὶ πλήθεσιν ἀστῶν
  Πολλάκις ἐς πόλεμον κυδιανέοισιν ἔβη·
Νηποινεὶ μὲν πρόσθα, βίη ὅτι φέρτατοι ἦσαν·
  Χρειοῖ ὑπὸ στυγερῇ τοῦτό γ᾽ ἀνασχομένων
Ὧν σκῆπτρον τότ᾽ ἔην, καὶ ἐπώσιον ἄλγος ἄρασθαι
  Αζομένων· μὴ καὶ μεῖζον ὄνειδος ἔοι.
Ἀλλ᾽ οὐ δηρὸν ἔμελλε μέγα φρονέειν, καὶ ὄνασθαι
  Ὕβριος· ὑστάτιον δ᾽ ἂν παρέπεν ἠντίασεν.
Ὦρτο γὰρ ἐκ μεγάλου Φράγκοις μέγα πατρὸς ὄνειαρ.
des excés si notables, cela n'appartiẽt qu'à vn Roy, qui auec le nom de TRES-CHRESTIEN poursuit encore celuy D'IMITATEVR DV SAVVEVR DES HOMMES. Cette liberalité a fait, que donnant, il a gagné: & qu'il s'est acquis des personnes pour luy estre eternellement fidelles. Car à parler simplement, si les armes du Roy ont pris la Rochelle: c'est sa Clemence, qui a pris les Rochellois: & les a obligez à rechercher les occasions de reparer leur faute, & à retirer ceux qui se sont portez à la Reuolte, par leur exemple. C'est ce qu'ils doiuẽt à sa Bonté, à laquelle ils seront ingrats tandis qu'ils demeureront seuls pour en recognoistre le benefice, qui va mesme au preiudice du nom de IVSTE, qu'il change en celuy de TRES-CLEMENT.

Pour satisfaire neantmoins en quelque façon à sa Iustice, il a fait à la Persane: & a battu la robbe pour le corps. Les murailles ont paty de l'infidelité des habitans: & comme estant cause, ou effet de leur Reuolte, & pour auoir porté les enseignes d'Angleterre, elles ont esté condamnees à estre demolies, & ceux qui les ont arborees ont leur pardon. Iamais il n'y eut de mines ny de sappe plus fortes pour les ruiner, que celle-là: dautant

que s'ils ſont touchez d'vn vray regret, comme l'on n'en peut douter, eux meſmes ſeront les premiers à les abbattre, & à effacer tant qu'ils pourront les marques de leur Perfidie.

Que ſi l'on en conſerue les pierres, que ce ſoit pour en faire vn tõbeau à la Rebelliõ, & à l'Impieté, duquel iamais elles ne releuent. Ou biẽ vne ſeconde Digue, mais plus puiſſãte que la premiere, & qui arreſte tous les mouuemẽs de l'Eſtat. Et puis que ſa Majeſté en a ordonné pour rebaſtir les Egliſes, la pieté veut que la plus grãde partie y ſoit employee: outre qu'õ en releuera quantité en tous endroits, des ruines de ces baſtions ennemis de l'Euangile.

Mais neantmoins, qu'il y en ait de reſerue pour dreſſer vne baſe à noſtre vainqueur, dõt les faces ſoient tournees aux quatre coings du monde, pour faire lire à toutes les Nations, en caracteres eternels, ſa Pieté, ſa Clemence, ſa Valeur, & ſa Iuſtice: & que deſſus perſonne ne prenne la hardieſſe de luy dreſſer vne ſtatuë. Il n'y a point de metail qui ne ſoit trop bas, & trop rude, pour repreſenter vn ſi Bon, & ſi Grand Prince. Quicõque aura leu le diſcours de ſes Victoires, ſçaura bien qu'il n'y a qu'vn Louis XIII. qui puiſſe remplir cette place.

FIN.

LVDOVICO XIII.
REGI FRANCIÆ ET NAVARRÆ
RVPELLÆ EXPVGNATORI.

PANEGYRICVS.



N proximo & amœnissimo Regum secessu, quà fanum Diui Germani augustas ædes, & multiplici substructione spectabiles ostẽtat, cùm anno superiore Regum optimus Ludouicus à difficili morbo recreatus, iam quo loco suæ res essent audire tuto posset, quò perduelliũ Rupellanorũ vesania, quò Anglorum temeritas & perfidia erupisset: cumq; forte ex edito tumulo sudum aërem & patentissimas terras circumspiceret; ecce tibi à castris celerrimus nuntius, oblatis epistolis, monet Retiam Insulam tam arcta obsidione atq; Anglicarum nanium corona cingi, vt cõ-

meatu destituta, periculo proxima videatur. Ibi tùm Rex continuo sublatis in cœlum oculis, vt qui spes bonas inde arcesceret: Imus, inquit; acclamantibusque qui magno numero circum astabant aulicis, pergit in hæc verba immortalitati transcribenda. Feror ad meum hostilemque exercitum, vbi ea præstabo, quæ nullæ linguæ, nullæ literæ, nulla posteritas conticescat. Pareo, Rex Auguste, diuinæ voci: neque enim tam ab ore tuo, quam de coelo, ex quo tua dicta soles haurire, delapsam existimo: accipio dicendi argumentum, ad quod aspirare mea tenuitas non auderet, nisi mortalibus omnibus doctis pariter & imperitis esse commune voluisses. Fecisti sane postmodum in castris, quod in hortis dixeras: at ego iam & quæ dixisti hac oratione facio, & quæ gloriosissimè confecisti, dico. O me felicem, ad quem pulcherrima vox peruenit! Etenim facta heroica vltra mundi fines, spatia temporis, memoriam hominum ipsa se porrigent. O me beatum, cui disserendi materiam dictauit lingua regia, manus regia delineauit! O me oratorum fortunatissimum, cui contingit Regijs dictis factisque, ita mea facta dictaque miscere, vt propterea verbis ornatus, palæstra gestibus, ori dignitas, ma-

ieſtas huic ſermoni deeſſe non poſſit. Vos vero, quotquot in hanc celebritatem & frequentiam, Regiarum laudum amor compulit, (Auditores), vos appello teſtes, me ſi quid in hoc perorandi propoſito ſupra vires aggredior, ea ſpe permotum feciſſe, eo tantum ſuſcepiſſe conſilio; tùm vt eo me labore ſubleuem, quo cæteri oratores argumentis ſuis ſplendorem & commendationem conciliare dicendo ſatagunt, (eſt enim hæc tam illuſtris materia, vt ex ea omnis orationis meæ nitor & dignitas effloreſcat, neque poſſint vobis audientibus non acceptiſſima eſſe dicta, quæ geſtis Regijs, aut geſtus aptiſſimi, qui Regijs dictis coniunguntur); tùm vt ſi minus accommodatè & ſcitè dixero, ſaltem vobis viam indicem, quâ peruenire ad immortalitatem nominis & famæ, tam nobilis argumenti pertractatione poſſitis. Itaque hoc maxime actione iſta conſecuturum me confido, quod Tubicines in bellis, in conuiuijs obtinent Cytharœdi: quorum illi deductos in campum exercitus cantu Martio ad pugnam accendunt, hi percuſſis molliter fidibus conuiuas primùm ad omnem hilaritatem & verborum argutias, inde, menſis remotis, ad tripudia & compoſitiſſimos motus excitant.

Sic enim certamen de Regijs laudibus, ſic publica feſtiuitas inſtituitur, vt à vobis celebrari debeat & perfici: ègo vero, quaſi præcentor, in illam arenam & aream vos deducam, in quâ veſtra ingenia exultare liberè, veſtra triumphare tutò poſſit induſtria. Is eſt enim Rex inuictiſſimus, qui tametſi à nemine commendari pro dignitate poſſit, ſingulorum tamen factorum & dictorum gratulationes ſingulas & multiplicem laudationem mereatur. Sed quia infinitum eſſet omnia velle perſequi, eam legem huic orationi dico, eos terminos circumſcribo, vt ea ſolum, quæ piè fortiterque à tanto heroe, hoc vltimo belli Retiaci Rupellaniq; tempore, patrata ſunt, ſummatim delibet, ſcriptoribuſque & perfectis oratoribus aditũ paret in lętiſſimos agros, atque ampliſſimam dicendi, ſcribendique ſegetem ſubminiſtret. Quibus ita conſtitutis (Auditor.) inutilis hoc loco & aliena fore videtur attentionis & beneuolentiæ veſtræ poſtulatio quam neque Auguſtiſſimo Regi, de quo ſermo habetur, neque rebus admirandis, quæ commemorantur, neque veſtræ gloriæ, oblectationi veſtræ, veſtris commodis, quorum plurimum intereſt in hâc causâ, poteſtis denegare.

Quare agite, permittite veſtros animos huius orationis quaſi flumini; ſinite vos hâc aurâ veſtræ benignitatis ad caſtra ferri; fingite, inquam, mente ac cogitatione, iſthic Rupellam quati, tremere rebellionis arces, nutare caſtellum perfidiæ atque impietatis: hìc ſtare perbellè Retiam, exultare inconcuſſa propugnacula & honorificum verticem triumphãtis inſulæ proximè ad nubes attolli: medium vero intercurrere famoſum illum Aggerem, quem vt vno verbo deſcribam, fręnum domitæ feritatis hæreticæ, Caphareum claſſis Anglicanæ, Lodoiceæ gloriæ Theatrum appello. Hùc hùc vos, (Audit.) voco, huc oculos menteſque conuertite, hic ingenti copiâ ſparguntur & latè diſſeminantur omnis virtutis exempla, quibus veſtræ, omniumque gentium linguæ nobilitentur ac literæ: hi ſunt veluti gradus, quibus ad amplitudinem perennis famæ Rex fortiſſimus idem & ſanctiſſimus effertur, & quibus inſiſtere geſtit hic ſermo atque aſſurgere, Retia, Agger, Rupella. Et quidem in Retiâ vtraque virtutum, quas in heroe noſtro commendamus, pietas nimirum & fortitudo, ita de laurea certabunt inter ſeſe, vt neutra concedat alteri, vtraque referat: vincet in Aggeris mole fortitudo:

Pietas in impiâ Rupella triumphabit. Ite igitur, vt de Retia primum dicam, quò nos ille nuntius præſentiſque forma periculi rapit : ite inquam, aduolate Galli milites, ordines componite, hùc ferrum & faces, huc glandes & veſtras ſariſſas. Ecce euomuit Anglia reliquum antiquæ perfidię virus, peſtem afflat, ſpumat ſcelus, perniciem vltimam in veſtra littora capitaque, mille nauibus importare ſe minitatur. Videtis vt nauicula exarmata, lacera, ſqualida, catenis vndique iniectis captiua reliquam claſſem præcedat, omen victoriæ de vobis reportandæ, imago Galliæ perituræ. Cernitis aduentantem inſtructiſſimarum nauium multitudinem, quæ ſyluas malis, roſtris propugnacula, vrbes puppibus, tabulatis acies, Ætnæas fauces tormentis innumeris repræſentant : videtis vt ipſe iam captus Oceanus lateat, & ſicubi attollere ſe indignabundus ac ſpumans audeat remorum aſſiduo pulſu verberetur. Inſtat, ingruit prædo, iam exſcenſione feliciter facta Retiam tenet, neque Thoraſij ſtrenuiſſimi Ducis conſilium, aut robur equitum peditumque per vulnera, per neces, per miracula obſiſtentium, aditum intercludere, aut victoriæ curſum retardare potuit. Iam diſ-

plosione plumbearum glandium continuâ, iam incumbente numerosissimo exercitu viã sibi ad vtramque arcem fecit : iam denique vallo fossâque se communiens, stationes, excubias, ænea tormenta disposuit. Festinate nuncij, præcede fama, & veteris periculis ac damnis affinge noua, multoque maiora. Audiat Rex actum esse de Retiâ Sanctonicâque orâ, & nisi maturè succurrat, aleam jaci de regno. Et verò in quod discrimen, quas in angustias adductæ sint res nostræ, nemo non videt. Hinc enim præsidium Sammartinium nondum satis ab arte, parum à loci naturâ tutum validissime oppugnatur: neque diè cessatur aut nocte, quin maioribus tormentis quatiatur, quod si ruinam agger, aut murus aliquâ sui parte trahat, si vacillet, si rimâ notabili hiet, illuc hostilis exercitus conuolat, nititur in altum, adrepit armatus: & quanquam pars confixa sit cominus, pars eminus interempta, pars elisa, pars in præceps data, aut hæc insurgit audacior, aut reliqua suis furijs stimulata succedit: tantos animos pugnantibus facit, vbi Rupella victoris præmium est. Inde autem Insula, ne quid commeatus aut subsidij possit ex continenti accipere disposita in orbem classe cingi-

tur arctissimâ sane obsidione. Prætexunt littus, quacumque adiri potest, vastæ atque immanes, dicamne moles, an naues excelsæ, turritæ, armis, sulphure, viris instructæ: ita vero confertæ ac stipatæ, vt densos ordines mare sine horrore, venti ac procellæ sine labore, mouere non possint, nostri auxiliatores penetrare ac perrumpere desperent. Quid si ad cumulum nostrarum calamitatum accedat, quod nemo nostrum non expauit, neque ego satis confirmatus sine pallore commemorare possum, despicatissimus videlicet arcis præsidiariæ militumque paucorum status, quos longa obsidio, pugna continua, vigiliæ, labor, cœli inclementiâ, sed præsertim annonæ, medicamentorum, aliarumque rerum penuria conficiunt, in quorum tamen constantiâ imperium hoc periclitatur. Prô sancta pietas Britannus hostis nostras arces inuadere conatur, vt aras & sacra disturbet! Tanta labes hæreat Gallico nomini! Tam fœda priuatæ publicæque turpitudinis macula Christianissimo Regno inuratur! O Regia fortitudo quid agimus? patiemur infames coniuratos, non tantum incursare nostra littora, perque maria nostra grassari; sed terras nostras inuertere, fœdare, polluere? Succur-

rite

rite Lodoiceæ virtutes! O Ara! ô Clypeus! ô ſacra anchora! ô Palladium! ô Galliæ munimentum! Quis exterorum hominum, dum hæc gererentur & ſermone literiſque circumferrentur, de Retia conclamatum eſſe non iurauit? Quis non peius aliquid Galliæ ſi fauit, timuit; ſi inuidit, ſperauit? Et iam reducem in has prouincias populatricem Angliam non exhorruit, aut optauit? Et vero niſi bellum atrox eâ felicitate, quam Regi gratulamur, confectum foret, vos ipſi (Auditores) ad expoſitionem tam prope imminentis periculi tremeretis. Cum hinc pugnet copioſus & vegetus exercitus; inde mira paucitas noſtrorum militum, vel ſauciorum, vel enectorum fame, quanquam animis nunquam deficientium: his ad cibaria, monita, arma ſubſidiaria ſit liber Oceanus; noſtris vndique ſic concluſus, vt ad eos neque Regiæ literæ, neque commeatus aut auxiliarij pauci niſi perraro ac dimidia ex parte, per hòſtilia haſtilia, per plumbeas grandines, per flammarum ſimul & vndarum vortices, traiici poſſint: his denique Rupella faciat animos, corpora procuret; noſtris augeſcens in dies cibi potuſque difficultas debilitet ac frangat; vt Thoraſius excelſi animi Dux & fi-

dei ſingularis, cogente duro neceſſitatis telo, cum hoſte paciſcatur, ac de ſententiâ commilitonum deditionem paret. State nihilominus (Audit.) & quò propiùs intentatur exitium, eo ſperate confidentius, eo plus gratiæ, regiæ pietati, plus gloriæ ac triumphi, fortitudini Regiæ decernite, quæ opportunum, tantis in caſibus ſubſidium attulerunt. Quid moliris Anglia, quid opponis? poſitumne in maximis claſſibus perfugium? at Pietas Regia contra fert impetratum Salmurienſis Virginis patrocinium. Tu ventorum flatus? hæc è Regio pectore in cœlum miſſa ſuſpiria. tu immenſum Oceanum? hæc fuſos ab oculis precantis lacrymarum riuos. tu oppiparas eſcas & ſuperfluas? hæc diuinum epulum, quo ſe Rex pauit iterum ac tertio, ſuaſque copias reficiendas curauit. Quid machinaris Anglia quid opponis? per magnos exercitus, arctam obſidionem, tela, globos igneos, cumque his omnibus temeritatem, perfidiam, ſcelus? at fortitudo Regia conſtantiam Ludouici in tãtâ rerum deſperatione, in feſtinatione prouidentiam, accelerationem in ſollicitudine; abſentis & à caſtris remoti literas ad Thoraſium cæteroſque plenas gratiæ, plenas amoris & ſpei; præſentis autem & iam in caſtris

imperantis hortationes & plauſus & complexus militum, totiuſque exercitus accuratum cenſum & recognitionem;adde deductiones in campum, turmatim factas diſtributiones, exercitationes denique & iuſtæ pugnæ penè parem proluſionem. Quid porro? Magnam iniuriam expectationi veſtræ facerem (Auditores) ſi quæ ſecuta ſunt reticerem: quæ ſic Regem inuictiſſimum exornant, ſic attollunt bellicoſiſſimam gentem Gallorum, vt, eo ſolo facto, ille ſummus & perfectus Imperator haberi debeat, hi antiquam laudem, quæ obſoleuiſſe apud nationes externas videbatur, & magnitudinis animi virtutiſque militaris, ſupra cæteros Europæos, opinionem receperint, aut potius conſeruatam mirùm quãtùm promexerint. Interim igitur dum vtrinque ad vltima res deducitur, atque hinc Anglus prædæ inhians, vim, ferrũ, ignes; precibus, minis, terroribus miſcet ac fraudibus; inde Thoraſius cum ſuis raræ patientiæ & conſultiſſimę dilationis exempla dat; Rex in omnem rei bene gerendæ occaſionem intẽtus, cœleſtibuſque alloquijs ſolitò vacans ardentiùs, comparatis nauigiis & largo commeatu, florentiſſimam copiarum partem tranſmittere in inſulam ſtatuit. Itaque ipſe, dum luſtrat exerci-

tum, vnumquemque equitum peditumque, vt maxime acer, & huic expeditioni aptus, ſuique quam ſimillimus videtur, deligit & à cæteris obteſtantibus, ne ſe deſertos velit ac miſeros, abiungit. O pulcherrimum & maxime viſendum in terris ſpectaculum! hi Regio ſuffragio cohoneſtati, toto vultu, totoque corpore ridere ac triumphare: alij mœrere, dejici ad Regios pedes, vrgere eum lacrymis & alto ſuſpirio: demum aliqui, præſertim è prima nobilitate, quæ ad miraculum hic præcelluit, nolenti principi vitam & ſanguinẽ deuouere, clãdeſtináque fugâ cum alijs ſe proripere, non ſine laude peruicaces. Quis vnquam, vt ſibi tuto & quietè viuere liceret, tantâ contentione precatus eſt, atque iſti periculum vltimum ambierunt? quis non dicã ad feſtas & ſolennes epulas, ſed ad regnum, tantâ feſtinatione, tantáque lætitiâ properauit? Et quidem iam feliciter tranſuecti turmas in littus expoſuerunt. Iam Thoraſiani hoc aduentu recreati, applicitique, ad vlciſcendam direptoris Angli diutinam obſidionem ſe, ſocioſque exſtimularunt. Iam Scombergius & Marillacius ingentis ſpiritus Duces, hic peditum, equitum ille, animaduertunt hoſtilem aciem, ſpecie quidem ſtantem

& congredi paratam, ſed reipſa retrò ſe ſubducentem. Irrumpite, Schombergius exclamat. Diceres eliſis nubibus exire fulmina, aut fractis obicibus præcipitare per decliuia torrentes. Cæduntur Angli, perduellio plectitur, fames & vigiliæ & curæ vindicantur. Miſcentur vtrinque vexilla & manus, ſtrenuè vtrobique dimicatur. Sed noſtri quãquam impares numero, regiæ tamen vocis memores, conſcii ſuæ virtutis, æquitate cauſæ freti, vnâ in prædatores & factioſos irâ ſatis armati, vix hoſtium pectora vident, iam terga feriunt: perrumpunt ſceleratos ordines, inſtant ſariſſis, ſclopis, mucronibus; fundunt, proculcant, interimunt. Iuſto furori mactant obuios, fugientes in proximum mare deturbant, captiuos primæ notæ plurimos abducunt, eripiunt ſigna militaria complura, caſtra diripiunt, paucíſque ſuorum deſideratis glorioſiſſimè vincunt. Hæc ſunt Regiæ fortitudinis. At vbi tantæ cladis & vaſtitatis illatæ perfidis, vbi hoſtilis fugæ, vbi tam illuſtris victoriæ nuncius ad Regem perlatus eſt: quid tum feciſſe, in quæ primum erupiſſe verba, quo geſtu regij ſinus arcana reſeraſſe credimus? Oculis repente manibuſque ad cœleſte Numen conuerſis, vt tunc ſtabat ante Altaria,

ſacrum Diuinitati cecinit, præiuitque cæteris acclamantibus regiâ voce Triſagium. Hæc verò ſunt admirandæ pietatis. Tibi, ô Virgo, cuius auxilium nunquam fruſtra Rex integerrimus ſperauit, tibi tuiſque aris hæc pietas, tuis tholis & turribus hæc fortitudo, has manubias hęc vexilla & opima ſpolia conſecrat, tibi magnificum hunc triumphum parat, tibi ſtatuit hoc ſpectabile poſteris trophæum. Hæc quiſquis dicendi ſcribendique cupidus & peritus didicerit (Audit.) magnam, opinor, tanto Imperatori gratulandi, déque omni poſteritate bene merendi occaſionem nactus fuerit: qui vero ad ea, quæ demonſtranda ſuperant, animum attẽderit, multo maximam. Veruntamen non eſt huius otij hærere in ſingulis, cum neceſſe ſit aliquando finem dicendo facere, ſintque infinita fortitudinis Regię, quæ ſibi hanc orationis partem vindicant, exempla: ſed vnicum è multis dictione complecti, quod eſt huius laudis caput, quodque omnem in ſe continet bellicæ gloriæ cõmendationẽ. Non enim dubitem ſummorum Imperatorum, quos ſuſpexit antiquitas, egregia facinora huic vni poſthabere. Neque aut ille ad exemplar boni Ducis fictus à Xenophonte Cyrus, aut Æneas à Virgilio, aut ipſe, ſine

quo nemo iam heroum laudatur, Alexander, omnes Imperatoris naui & induſtrij partes, vt nullæ ſint fabulæ, ſuſtinuit æquiùs, quam veris factis Ludouicus. Vno igitur à Retiâ quaſi gradu prouecti conſcendamus hanc molē (Audit.) & conuerſis corporibus Rupellam è proximo ſpeculemur. Hęc eſt illa rebellionis arx, caput hæreticæ factionis, ſeditioſorum perfugium, buſtum Gallicæ pacis & trāquillitatis: hæc Anglorum euocatrix, prædarum receptrix, adiutrix ſcelerum: hæc eſt illa Refractariorum ſedes, qui hoc egerunt, vt Britannos fœdifragos in noſtro littore atque in huius imperij deflagrati cinere collocarent. Hìc, hìc lilia reponenda ſunt, quæ decuſſerunt Maieſtatis rei: hic aræ Diuis reſtituendæ, quas euerterunt impij: hic extinguendus fomes rebellionum, quas coniurati tandiu in hoc regno fouerunt: hic tam adulta Chriſtianiſſimæ Reipub. peſtis delenda, hic ſtirps ac ſemen malorum omnium quæ Galliam tot annis infeſtam habuerunt & penè perdiderunt radicitus euellenda. Grande ac laborioſum opus Deus immortalis! plenum periculi, plenum tolerantiæ ac tædij, plenum fraudis & proditionis. Quis enim confidat ſe obtenturum eam vrbem quam loci natura, ars longa,

cautes, turres, aggeres, tormentorum, cuniculorum, machinarum omnis generis diuturna comparatio; quam ciuium perduellium audacia, exercitatio, ambitio, rea conſcientia; quam externa fraternaque ſubſidia ſic munierunt, vt vno populorum ſcriptorumque omnium conſenſu inexpugnabilis habeatur. Quis eam gentem ſe ſubacturum ſperet, quæ non tantum iugum excuſſit, ſed meditatur imponere; quæ tot Regum animos & iracundiam accendit, imperium contempſit & minas, eluſit conſilia, ſpem fregit, vim & potentiam repulit; quæ tùm ab extraneis inſulanis perfidiam expectat, tum proditionem à Mediterraneis coniuratis; quæ neque terrâ ſe cominus adiri, neque ſibi Oceanum eminus intercludi poſſe rata inſoleſcit, bacchatur, ſuo Regi, ſi ſuperis placet, conuiciatur; quæ denique eo deſperationis & amentiæ venit, vt parricidia deſignet, ac funeſtas cognatarum carnium epulas prius eligat, quam deditionem. O te qualem quantumque dicam magne Ludouice! quo ſeptum animi robore? quam alta mente præditum! qui tam ſpiſſum & operoſum bellum feliciter affectum, tantâ conſtantiâ, tantáq; celeritate iampridem confeciſti. Neque enim ea demum dies Ru-

pellam

pellam expugnauit, quæ tibi victori submisit arces & portas reclusit; sed quæ sic coarctauit, sic in angustum ciues obsessos redegit, vt nullam nisi in tuâ clementiâ salutem sperare possent. Testes hoc loco vos appello, quicunque castra Regia, omnemque huius belli apparatum vidistis. Attestor longinquas nationes, quæ incensæ mira cupiditate propius tuendi, quæ relata vix credebant, procul à remotissimis oris illuc profectæ tantarũ rerum admiratione obstupuerunt, & minorem famam damnauerunt. Testes denique vos esse cupio, si ad hanc vocem reuiuiscere potestis, ô sacri Manes, ô Maiores nostri & prisci Galli, quorum vestigiis nulla mundi pars non est pressa, nulla non illustrata victoriis; vestram fidem hîc appello, ingentes animæ, si quos vnquam exercitus parens triumphorum Gallia conscripsit, duxit, in hybernis continuit, ad omnia dubia expeditos habuit: si quæ castra posuit, si quam obsedit vrbem, tam sapienter ac peritè, cum tantâ disciplinæ militaris obseruantia, bellicæque artis laude, quantam consecutus est Ludouicus: si non velut in caueâ belluæ, sic in vrbe suâ conclusi erant gladiatores; si non in suis cuniculis tenebantur vulpeculæ, nostrorum tormentorum incendiis aut fumo

perituræ: si non hinc & inde firmâ septi custodia, si non capti erant & aquâ terráque interdicti, vt nonnisi per ignem ambusti, vel per aërem penduli, exitum à suis miseriis inuenire possent. Neque enim timendum erat, neper cœlum euaderent, quod impietas & rebellio iampridem ipsis præcluserant. Taceo enim vallum grandesque fossas à terrâ continuatas, omitto castella iustis interuallis ex arte posita, præsidijsque firmata: sileo, inquam, præcisam auxilij spem à terrâ continenti: neque commemoro Regij exercitus magnitudinem, robur, & illam, quæ fidem omnem superat, castrensem disciplinam. Prætereo stipendia ritè, si vspiam, & cum principis interdum præsentis sollicitudine persoluta, obitas cum fide vigilias, Tribunorum inter se, militumque cum suis Ducibus miram consensionem; frequentes omnium sub vexillis recensiones, exercitationes, cohortationes ab ipsomet Rege susceptas: prætermitto, inquam, omnem hanc orationis vbertatem atque pompam, & cæteris declamatoribus reseruo, ne sim ego prolixior, illi breuiores. Vnum profero fortitudinis Regiæ testimonium, Aggerem ab aduersis littoribus, per maris æstuantis alueum infidasque arenas

& repentinos gurgites deductum. Quo vero consilio, quâ animi præstantiâ cœptum ô superi! quâ constantiâ & firmitate propositi elaboratum, prouectum, amplificatum? quâ perfectum industriâ, securitate, gloriâ? quibus firmamentis communitum; quibus machinis, quot trabium extantium, quot nauium in altum iactarum aut expeditarum ad pugnam ordinibus, aduersus vtrumque hostem, ab vtraque fronte oppositisque lateribus tectum ac defensum? norunt ipsi rebelles, & fœderis violatores aduersarij, suisque damnis experti sunt: quorum illi frustra vt loris impeditę feræ stridebant, fumos & flammas euomebant: hi susceptum stolidius vtriusque reditus, quã expeditionis primæ consilium magna clade atq; iterum pudendâ reuersione luerunt. Hìc enimuero iuuat excurrere liberius (Audit.) lubet hic verbis exultare copiosius, ac per otium Rupellam iterũ narrando capere, vbi eam plerique inermes ac soluti, inter comessandum & lauta conuiuia, profligarunt. Dulce est in hoc theatro spatiari & beneficio Regiæ fortitudinis perfrui, in quo ipsa sola vicit ac triũphauit. Quæ moles ô cœlum! quæ lignorum strues! qui saxorum cumuli! quæ coagmentationes & terrarum coaceruationes! hoc

potuit hominum labor! eo attigit mortalis industria! obmutesce mendax antiquitas: sera posteritas obstupesce! Xerxem audiuimus bellum inferentem Græciæ, per contabulatas Hellespōti angustias, exercitum ex Asia transportasse. Alexandrũ accepimus, cōuectatione saxorum & cæsarum arborum, aggerem à terra continenti proxime ad Tyriorũ mœnia per fluctus interfusi maris prouexisse. Porro illum quasi pontem, & hanc molem qui annales non descripserũt? qui non decantarunt poetæ? quis oratorum non exornauit? quibus laudibus amplificatrix veri vetustas non affecit? Absit, absit, vt hoc Ludouici factum cum Xerxe aut Alexandro contendam. Quædam comparationibus illustrari nequeunt, sed ex sui similitudine cæteris rebus pretium & dignitatem tribuunt: sic enim omnia dicimus eò formosiora, quò propius ad pulchritudinem solis accedunt, eò nitentiora, quò niues imitantur aptius: cum tamen neque solis splendor, neque candor niuium, alterius rei comparatione crescere possit aut minui. Ita sanè quæcunque grandia, sublimia, stupenda summorum Imperatorum opera erunt deinceps extollenda, cum hoc Regis inuicti facto componentur; vt eò dicantur illustriora, quò huic simi-

liora videbuntur. Nam quid habet Xerxis ille pons ſcholarum argumentum? quod nautarum vulgus non excogitare ac perficere otiando poſſit? quid eſt in hac commiſſarum nauium ſerie, quid in hoc ventorum & fluctuum, ſi paulo intumuerint altius, ludibrio? quod Græci momento non reſcindant? Quid in his lapidũ cumulis terrarũq; congerie? quod Tyrij iniecto igne non diſturbent, aut vehemẽtior procella non disjiciat ac diſperdat. Et quidem eius vnius diſiunctionis, quam Temiſtocles rumore ſparſo ſimulabat, timore conterritus Perſa, eodem ponte ad fugam & infamiam vſus eſt, quem ſibi parauerat ad victoriam & gloriam: At Macedo ex Arabiâ quam citiſſimè rediẽs vix vlla ſua aggeris veſtigia reperit, quem incumbentes aquæ ſolutis compagibus hauſerant. At hæc Regia Moles, audacis animi & prudentiæ conſũmatæ inuentũ, Oceanum ſuâ magnitudine complexa, circum fremẽtes procellas & fluctus illiſos infracta ridet; hoſtiũ vero ſpes ſic attriuit, vt cum obſeſſis afferre ſuppetias molirentur, ipſi ad noſtrũ Aggerem, ſic quaſi ad ſcyllæum ſaxum impacti, Rege deſuper tonante, alieno egerent auxilio ignibus pariter & vndis conſepulti, agnoſcite (Aud.) & cum ſuauiſſimâ recor-

datione mecum regustate, Regis in bellicis rebus peritiam. Non enim frustra commendaui formidolosum hunc aggerem, qui frustra ductus & frustra machinis, viris ad tutelam fuisset instructus, nisi, cum Angli mixtis rebellibus nocturnâm vim pararent, sapiens Regis consilium interuenisset. Affirmare sanè ausim & debeo, quanquam cætera prouisa cautissimè ac comparata forent, sine sententiâ tamen Imperatoris tanti, Rupellam recepto frumentario subsidio de toto aggere, vt tunc erat, atque exercitu fabulam & ludos fuisse facturam. Nam cum rectà passis velis omnibusque remis ferretur classis Anglicana, & machinamenta præmitteret, quæ montes ipsos conuellerent, iactaret igniaria, quæ non ipsi parcerent Oceano, desperatissimæ denique vitæ homines veheret, qui per conflagrantes obices perrumpere aditum, aut in conatu animam projicere atque intermori statuissent; derepente verberata globis igneis, vnde minime sibi metuebat, incensa, demersa, vastata est & fugata. Quis autor huius incruentæ victoriæ? vnus Ludouicus. Cuius solertiâ detecta est illa perdendæ classis infestæ ratio? vnius Ludouici. Cui venit in mentem ex eo capite perniciem inopinatam & certam hostibus

euenturam? vni Ludouico earum rerum ſupra cæteros Duces, qui tum repugnabant, intelligenti. Quem igitur agnoſcimus depulſorem tanti periculi, quod tantis impenſis, tanto exercitui & præſertim nobilitati Gallicæ congreſſum ſperanti impendebat? vnum Ludouicum. Quis à nauibus & machinis noſtris incendium, exitium à copiis, à Gallico nomine ignominiam auertit? tu Ludouice. A quo demùm in omnibus deinceps caſibus, fortunarum, laudis & vitæ tutamen ac ſplendorem ſperare debes ô Gallia? ab vno Ludouico. Ludouice conſultiſſime tibi gratias! Tu vnus hoc dicto profligaſti hoſtes, tuorum ſalutem & decus in tuto poſuiſti, excidiſti Rupellam. Tu Imperatoris fortiſſimi nomen & titulos hoc vno facto meritus es; quanquam exornant te omnia Ducis inuictiſſimi decora. Si enim præſtantem & eximium Ducem fecit Alexandrum animi vis & magnitudo; tu quantum audeas docet oppreſſâ rebellione, cum tot ſubactis vrbibus, vnica Rupella. Si Miltiadem comitas & humanitas; nemo tam eſt humilis, cui ad te aditus non pateat. Si Themiſtoclem in excogitandis rebus iiſdemque gerendis celeritas; quis te promptior in vtriſque? Hoc tibi tam eſt proprium, quam paternum. Si eun-

dem vigilantia; quoties tibi ſomnum excuſſèrunt Retia & Rupella. Si Ariſtidem Iuſtitia, fides Thraſybulum, Phocionem integritas; te quicunque nomine appellauit, hæc dixit. Si Annibalem calliditas & prudentia; ſapientiorem te neminem, in ſummo ſuo diſcrimine, inuenit hoc imperium. Si taciturnitas & arcani fides Philippum; quantum excellas hac parte ſecreti tenaciſſimus percrebuit. Si Iuliũ Cæſarem miles ſtipendiis auctus & præmiis, ſi Auguſtum Clementia, Germanicum ſuorum amor; te parem illis cùm tuus gaudet exercitus, tùm hoſtilis expertus fateri cogitur. Si cõtinentia & pudor Scipionem; hic enimuero tuus infinitæ poteſtatis moderator animus dominatur, quem nullæ blanditiæ, aut inſidiæ ab ſummâ Caſtimoniâ deducere vnquam potuerunt. Si Pyrrhum quod non vni ſibi crederet, ſed conſilio Ducum Cyneæ imprimis plurimum vteretur; quis te Principum in conſiliis magis aſſiduus, aut tua modeſtè proferre, aut aliena ſequi facilior? Nam & tot inter prouidentiſſimos grauiſſimoſque Palatinos vnum Cyneam habes Richelæum decus Romanæ purpuræ, felicitatis Gallicæ pignus, in quem non dubites hunc Orbem tuis virtutibus debitum tantiſper dum reficeris, imponere, cuius

re, cuius consilio & exaggeratâ sapientiâ, cuius vigilantia & laborum assidua perpessione, cuius viribus diuinitus ad hanc victoriam corroboratis impulsa Rupella tremuit ac nutauit prius, quam tuâ manu concideret: quo demũ in cæteris administro tuæ voluntatis integerrimo gaudes, cui fidis, quem laudas, propterea que maiorem nostrâ commendatione facis. Quod si potius (vt ab externis & remotis ad domestica proximaque exempla veniam) Clodouæum fides, pietas Robertum, modestia Pipinum, Carolum Magnum zelus, Ludouicum nonum sanctitas, Henricum secundum religio, Henricum quartum clementia, Maiores tuos in iura titulosque maximorum Imperatorum transcripsere; qualis quantusque Dux dicendus es? cui, quæ singula in singulis prædicantur, omnia coniuncta mirificè conueniunt. Sed me illa maximè commouet, suauissiméque recreat, aui tui Ludouici Sancti Pietas, & patris Henrici Magni Fortitudo, quarum perfectissimus æmulator, dum noni quartique numeros, ipse decimus tertius ex vtroque conflatus exples, vitæ quoque vestigiis insistis, & factorum gloriam hodie promereris. Siquidem, vt ille armatus sua pietate, quâ orbem demeruerat, Rupellam

hanc (ô longæ contumaciæ fontem! ô antiquum castigatæ rebellionis exemplar!) Rupellam hanc cepit; hic innixus fortitudine sua, quâ terruerat orbem, eandem Rupellam, cum posset euertere, noluit: ita mirabiliter contigit, vt cum hoc receptaculum sectorum tuæ fortitudinis adminiculis emoliri posses, & immissâ flammâ in pulverem ac solitudinem redigere, abstinueris tamen ab his armis & robore; quia voluisti hanc tuæ Pietatis esse victoriam. Pugnauerint ex æquo sanè tua illa Fortitudo singularis, & hæc tua incredibilis Pietas in Retia; vicerit illa in Aggere atque extra coniuratorum muros: profecto huius vnius postea fuere partes, huius hoc curriculum gloriæ, huius fuit in vrbe domitâ triumphare. Quid moramur (Audit.) quid cessamus clarissimum facinus, quo vno Rex integerrimus Patres Maioresque suos æquat, superat antiquos, recentesque extraneos, ad superos efferre laudibus, ad omnes terrarum populos verbis extendere, transmittere scriptis ad posteros? vtinam ænea mihi latera cum pari voce natura compegisset? vt me de tanti herois victoria disserentem vniuersus Orbis audiret: vtinam centum ora & centum manus aptasset, vt illa vltimas mundi oras, hæ ven-

turam omnem ætatem de tantis rebus commonerent: ô cœlum! ô ignes ſempiterni, qui diurnis nocturniſque flexibus tempora conſtituitis, cur non acceleratione curſus inflammata noſtra deſideria, certaſque ſpes citius impleſtis? cur formoſiſſimum illum diem diſtuliſtis, quo de violatoribus, ſacrorum & fœderum Pietas Regia triumphum duxit? ô lucem auream! ô decoram & beatam! ô votorum noſtrorum menſuram! ô vniuerſæ Galliæ pacem ac ſecuritatem allaturam! Acuite igitur ſtylum, ô viri bonarum artium ſtudiis illuſtres, exercete præla, ſuggeſtus, theatra: date oculis, date noſtris auribus hanc voluptatem tandiu deſiratam: implete paginas, & aulas his feſtis vocibus. Rupella cecidit, iugum admiſit, capta eſt; extincta eſt illa fax diſcordiarum inteſtinarum, labes imperij, peſtis patriæ deleta eſt. Quâ virtute? pietate Ludouici. Sic enim ſe res habet (Auditores) in victore Ludouico, tametſi robur & vis animi tantum excellat, quantum enituit vnquam in quouis alio Imperatore, viſus eſt nihilominus ille virtutum ſator & educator, bellorumque præſes Deus pietatem regiam nobilitaſſe magis hac victoriâ, quàm fortitudinem. Quod vt veſtri ſenſus & iudicia, totáque Galliâ diſſipa-

tus rumor confirmat; ita euincunt vni pietati collata in præmium à supremo numine inusitata miracula. Quæ quia sunt plurima & maxima, quibus hęc oppugnatio feliciter est cœpta & conclusa, atque in dies sagacitate hominum rectè prudentérque res æstimantium deteguntur, satis huic quæstioni, opinione mea, fecero, si ea solum, quæ nota sunt omnibus, & iam vulgo iactata, breuiter attingam, indicemque potius quàm percenseam. Principio enim quid non habuit admirabilitatis immissum Regi tùm cùm febri iactaretur, seditiosæ vrbis obsidendæ desiderium, & non aliunde quam à cœlo iniecta spes huius potiundæ victoriæ? quid ipsum oppugnationis inchoandæ consilium alienissimo, vt videbatur, tempore susceptum? quando scilicet ad Retiam conseruandam, & externum domesticumque hostem propulsandum, vix Imperij potentissimi vires suffecturæ videbantur. Quid porro stupendi operis moles? quantum ipsa prodigium est? primùm quod excogitata & inuenta, cum aliâ vi nullâ, vt tum res erant constitutæ, rebellio domari posset. Deinde quod acerrimis Regis studiis, totiusque exercitus continuatis laboribus constituta celerrime, ad auertenda Britannorum auxilia. Postremò quod tamdiu

ſteterit, hyememque & commoti Oceani feruorem inuiolata pertulerit, quandiu differebatur Rupellæ deditio: at vbi ſubacta vrbe, ſuo ſe quaſi perfunctam officio ſenſit, fluctibus & tempeſtati ceſſerit, quantum ſatis erat ad naues tranſmittendas. Neque minori admirationi eſſe debet, quod illa ſtata & verni tẽporis ac procellæ Autumnalis comes maiorum fluctuũ reciprocatio atque æſtus deferbuerit hoc anno plurimum, ac ne quâ in parte molem ſolueret, ſolito languidius accederet & relaberetur. Quin etiam percommodè omnino tum cecidit, vt pingui limo, quem turbulentum mare, & imo fundo concitatum inuexerat, tota machina veluti calce aut bitumine tenaciſſimè circum oblita firmaretur. Quanquam non eſt vni Oceano tribuenda huius mirifici obſequij gratia, ſed vniuerſæ naturæ, quę cœptis audacibus conſentiens, Ludouici pietati famulata eſt. Nam maiora illa corpora, quæ componunt hunc orbem, poſitis tantiſper inter ſe odiis, dum ſtante mole Rupella corrueret, conſilia regia promouerunt, & hinc quidem terra in gurgitibus firma conſtitit, aquæ vero patienter & placidè ad inſolitam obicem acquieuerunt: inde viciſſim à fluctibus opprimi ſe flammæ vltro ſiuerunt

ac restingui, & perflatus aër à nostris machinis nauibusquē hostilia incendia, in eos, qui conflauerant, conuerterunt. Sed est hoc mirum in primis, quod cum Britanni toties cum effrenatâ perduellium turbâ, instructissima classe freti, ad tentandum aditum, & cibaria obsessis submittenda, aduenerint; nunquam tamen cominus manum cum nostris conserere, aut propiùs ad molem secundo æstu adlabi ausi fuerint: sed vel regijs tormentis in via deprehensi cladem inopinatam retulerint, vel repentino timore correpti protinus versâ prorâ in pudendam fugam sese effuderint. Quo in genere nihil est mirabilius, quàm quod ab Antesignano furoris & impietatis administro postmodum relatum est: in vltimo conatu, cum ex euocatis quadringenti, ex rebellibus autem altero tanto plures, iureiurãdo & nefarijs religionibus adstricti semet deuouissent, ac nisi euincerent aggerem, & repagula perfringerent, vitam objicere vltimo discrimini statuissent; nihilominus tam certos, & vna quasi desperatione fidentiores, iamque audacius adremigantes, & belli fortunam periclitantes, vsque eo derepente perterritos, atque exanimatos, vt vniuersi expallescerent, titubarent, & in ipsa fuga iniectos haud dubie à

numine terrores insolitos agnoscerent. Ac ne ab Anglis abeamus (Auditores) num & istud portento est simile? quod nunquam alias erectior nobilitas Gallica, nunquam flagrantioribus studiis omnes boni in bellum & victoriam incubuerint: & dum aduersarij insueto metu perculsi deficerent, & regiam molem quasi fatalem scopulum reformidârent; nostri nouos animos sibi addi, & noua videndi propius hostis cupiditate se ardere sentirent: quinimo bellicosissimi Regis exemplo aduentum Anglorum & præstolarentur constantissimè, & sperarent suauissimè, & vehementissimè desiderarent. Sunt hæc illustria sane & commemorabilia diuini erga nos patrocinij argumenta, sed quæ adjiciam superioribus (Auditores) longe sunt clariora. Quorum aliqua sunt huiusmodi, vt nisi testem vniuersam Galliam, ipsosque etiam depressos rebelles haberemus, vix apud alias gentes fidem inuenire possent. Quæ porro sunt illa? primùm quod Anglorum euocatio Rupellam perdiderit, & quod factiosi sperabant ab extraneis auxilium, hoc in supremum, & properatum exitium illis verterit. Quo pacto? nempe dum Britannus in Retiâ ditissime pugnat, commeatum à Rupellanis expectat, exigitque suo iure, quid

tum tandem? interea ſcilicet Rupellæ annona publica minuitur. Quid hoc autem ad vrbis perniciem & exitium? quia dum cibaria ſubminiſtrat Anglis, ſibi detrahit: neque intelligit, facto interim firmatóque aggere, ſibi ſpem recuperandi frumenti penitus abſcindi. Quare niſi claſſis externa publicum æs & cibaria conſumpſiſſet, Rupella aut ſtaret (quod omen auertant ſuperi) aut ſuum funus longius protraxiſſet. Accedit & iſtud ſuperiori proximum, quod dum Rupellani fruſtrà ſubſidium à Britannis expectant, primum quidem ipſi vltro ſe caſtigent mulctentque, & peruicaciæ pœnas imperato ieiunio aliquandiu ſibi dependant: poſtmodum vero ab acerrimo ſeditioſorum vindice Deo atrociſſimis certè, ſed iuſtis ſuppliciis puniantur. Quibus autem! ô exemplum vltionis ſumptæ, ad rebellium terrorem potens & illuſtre: dirâ ſcilicet fame; quæ ſic graſſata eſt, vt ſtragem ab illa editam victor miles exhorruerit, & quanquam prædæ ac indictæ cupidus, oculos à fletu, manus à ſubleuandis miſeræ factionis reliquiis abſtinere non potuerit. Quod ſi deſcribere faciem vrbis infortunatiſſimæ velim, ſi exhibere lanienam & immanitatem, ad quam illa immiſericors fames Rupellanos adegit, profecto vi-

ctus

ctus atrocitate rei animus deficiat, & vos (Auditores) vultum & colorem mutetis. Quis enim sine horrore dicere vel audire possit, infames & pestiferas escas auidè carptas dentibus, neque tantum pelles vetustate corruptas, & infelicia virgulta, sicubi licuit, ore diducto vulsa, aut abiecta more pecudum ad gramen & radices herbarum corpora; sed ô monstrum! ô naturæ probrum! humanis corporibus esuriem exsaturatam, collapsos in nefario morsu milites, quasi viuere per tanta crimina puderet, & ne posteritas horribile factum ignoraret, frustum humanæ carnis ambesum in ore, pro verbis habuisse. Omitto prudens, quod sine lacrymis explicari non posset, infantem rosisse materna vbera; à quibus, dum pro lacte cruorem exsugeret, didicerat scelus innocens; & in vterum, ex quo paulo ante prodierat, velut regredi per vulnera conatum esse, vt vel matri restitueret, quod abstulerat, vel ibi mortem sibi debitam pateretur, vbi vitam inuenerat. Taceo triuia passim cadaueribus strata, quibus aut sepeliendis manus deerant satis validæ, aut excipiendis vacui tumuli. Mitto cætera, quæ antiquas fabulas mutarunt in veras historias. Vnum dico, nostrum exercitum, cum deuictam vrbem subiret, nihil

inueniſſe niſi mortuos innumeros, & paucos morientes; quorum vultus ater & rigens, aſpectus quaſi ſtupentium aut efferatorum, dentes nudi, labris ad exhauſtas genas recedentibus, totum denique corpus vmbrarum modo tremens & tenue, ſpectaculum præbuere, non modo victoribus, ſed ipſis etiam cautibus, quas incolebant, & quibus alluebantur fluctibus, luctuoſum. Itaque Deus huius Imperij fundator & defenſor Rupellanos hoc fulmine percuſſos ita propriæ contumaciæ puniendos tradidit, vt qui antea duces & ſigniferi ſeditioſorum fuerant, nunc, vt maximè velint, rebelles eſſe non poſſint: quodque omnem ſuperat admirationem, ſic domiti, ſic afflicti, ſic reſipiſcentes ſpontaneâ ſuorum clade, plus veræ fidei cultum prouexerint, pluſque authoritati Regiæ, ac publicæ ſecuritati prouiderint, quàm vrbe maturius traditâ integro decennio poſtea Regia pietas & ſollicitudo impetrare potuiſſet. Ad extremum addo, quod neque poſteri ſine ſtupore legent, neque ſine veneratione numinis audient exteri, neque nos, ô Galli, ſine gratulatione vnquam commemorabimus; inſigne videlicet conſeruati Regis, adminiſtrorumque huius regni ſummorum, & totius exercitus be-

neficium. Siquidem Rex vigilantiſſimus, dum in caſtris fuit, tot inter curas, vſus eſt eâ valetudine, quanta poteſt eſſe firmiſſima: ſapientiſſimus autem Cardinalis tantam ſanitatem, tantumque corporis robur à Deo impetrauit, quantum neceſſe fuit ad erigendam laborantem Galliam, & frangendas vires rebellium, atque externorum: vt quia vegetus illius animus, factis ſolitò illuſtrioribus, quaſi celerrimis paſſibus, ad immortalitatem ferebatur; corpus pariter ſolitò valentius, propius ad integram valetudinem, dignum æuo ſempiterno, accedere videretur. Ipſa quoque caſtra Regia quantum admirationis concitant? quod cum ex vicinis remotiſque vrbibus, quas peſtis funeſta vaſtauerat, liberrimi, & continui omnium concurſus fierent, non ſunt tamen infecta peſtilenti halitu, neque aut ſolutæ aliquâ in parte leges militares, aut exercitationes intermiſſæ. Quod gratiæ genus, à benefico numine Regi præſtitæ, tantò nobis debet eſſe charius, quanta certius tenemus & confeſſione rebellium expreſſimus, ſpem Rupellæ, totiuſque factionis vltimam, in huiuſmodi calamitate aliquâ repoſitam fuiſſe. Quâ cum ſe excidiſſe ſentirent, tum enimuero manifeſtam in ſe diuinam vltionem, & allatum

cœlitus noſtris copiis præſidium agnouerunt, pietatique regiæ, nunc demum impietatis ſuæ pertæſi, vtrumque aſcripſerunt. Quæ cum ita ſint (Auditores) dubitamus eidem pietati acceptum referre Rupellæ caſum, cuius viribus debilitatam, & fractam expectationem ſuam fatentur aduerſarij? Eſt, eſt illa certè pietas, vt numinis optimi blanda conciliatrix, ita potens mirabilium operum effectrix: ex quibus cum hoc omne bellum conflatum & compoſitum demonſtrauerimus; ipſam quoque tam inſignem victoriam eſſe pietatis opus fateri cogimur. Et verò an ille Regum religioſiſſimus Benearniam integram, Angeriacum, Montem Peſſulanum, aliaque ſectæ diſſectæ membra pietatis armis diſcerpſerit, iiſdem perduellionis perditæ caput non abſtulerit? an cœleſtem Ludouicum, cuius ſanguinem hauſit, adminiſtrat imperium, mores æmulatur, in cæteris, vel patrandis etiam miraculis, proxime continget, in hoc ſolo non ſequetur? Quorſum autem altaria toties prehenſarit, toties manus in cœlum extulerit, oculos fletu, gemitu diuorum domicilia, diuinas aures toties impleuerit hac efficaciſſima prece: Da mihi virtutem contra hoſtes tuos, dico tuos non meos. Cuius inquam, ſunt hæ voces aſſi-

duæ? cuius hæ precationes & vota? Profecto ipsiusmet pietatis. Quænã igitur è dotibus regiis virtutẽ & victoriam in hostes tot miraculis claram impetrauit? nimirum illa, quę tam ardenter efflagitauit, admiranda pietas. Da mihi virtutẽ contra hostes tuos, dico tuos nõ meos. A tenim quid ais Regum integerrime? Tui non sunt hostes? qui exercitus extraneos in tui regni viscera immittunt, qui tuas arces per summam perfidiam occupant, qui tuos caduceatores contumeliosè despiciunt, qui maiorum tuorum, tuaq; sacra, & ritus abrogant. Tui nõ sunt hostes, qui Galliam tuam vexauerunt, diripuerunt, fœdissima populatione lacerarunt? Tui non sunt hostes, qui tuos Duces & milites interemerunt, ô furciferos! qui nomen tuum conuitijs consciderunt! ô consceleratos! qui tua lilia refixerunt, tuasque imagines venerandas, ô sacrilegos! qui coronam tuam diuorum & heroicorum capitum decus imminuere conati sunt, ac maiori quasi circulo circumuenire, ô proditores! ô furias! tui iam non erunt isti, tui non sunt hostes? At ego pronuncio, quia tantum in te iuris obtinet pietas & mansuetudo, vt tuis ignoscas, dũ hostes Diuini numinis agnoscas & punias; Deum illum victoriarum arbitrum, cui militas, cuius restauras

templa, regnum amplificas, tuos hostes profligaturum & suos: iamque perduellem hanc vrbem tamdiu non suam, neq; tuam; propterea tuam effecisse, vt suam facias. Ite Galli tanto Rege fortunati, sacrum Pæana concinite, Epinicia decantate, augete diem festis ignibus, noctem displosione tormentorum rumpite, sudet aër vnguentis, halet odoribus, compita vino madeant, conuestiantur aulæis parietes, terra floribus, liliis lauros, palmas liliis intexite, trophæa passim victori, passim arcus triumphis insignes, pyramides passim cœlo eductas excitate. O si tam potens, tam larga & beata dicendi copia mihi suppeteret, quantam exigit huius triumphi splendor & magnitudo! Dicerem, & quidem in tantarum rerum maiestate lucem inueniret oratio. dicerem, & ne sola videretur ingrata in tantâ Galliæ gratulatione, ipsa lasciuiens difflueret oratio. Dicerem abiectos longo ordine, & ex patentibus portis reptantes ad victoris genua rebelles. Describerē triumphum in captâ Vrbe, cui similem annalium vetustas consecratum literis habeat nullum. Exprimerem verbis non captiuorum ciuium agmen longâ ferri serie tractum ad carcerem; sed ciuitatem ex diuturno seruitutis iugo pristinæ libertati reddi-

tam, & ſeipſam recuperantem, quam rebellio perdiderat. Repræſentarem animis, non perduellium Ducum exhauſtos, & pudendos vultus, & reuincta ante victorem brachia: ſed raptas & calcatas cateruas ſcelerum, quæ malorum omnium colluuiem in ea mœnia conuexerant; Diſcordiæ tædas extinctas, perfidiam ſuis laqueis implicitam, frendentem in vinculis arrogantiam, & contumaciam diruptam; demum impietatem, & ignorantiam, & totius vitæ impuritatem victricibus equorum calcibus obtritas & altâ terrâ defoſſas. Effingerem ſtylo, & quaſi depingerem, non Oceanum frænatum Aggere, non deuſtæ claſſis infenſæ tabulas, aut exciſæ rupis imagines: ſed reſtaurata Dei templa, quæ debacchatus error ferro flammâque violauit: ſed ſacras iconas, & Diuorum ſigna ſuis parietibus, & loculamentis repoſita: ſed reſtitutas aras, & Chriſtianos cultus reuocatos: ſed incruenti ſacrificij epulas contaminatæ vrbis expiatrices, & à Rege triumphatore inflexo genu, & diademate poſito ſumptas. Hæc (Audit.) aliaque perſimilia dicerem, non ſine meis, veſtriſque lacrymis gaudio manantibus: Sed cum me tempus anguſtum vrgeat, parcite ſi feſtino; parcite ſi tantulum moror, & vos, ô cultæ ora-

tionis artifices, vos ô ſacri & propiore Deo inſtincti vates, vos vindices temporum & memoriæ, immortalitatis arbitri, Patres Analiũ, huc doctas conferte vigilias, hîc induſtriã, curas, hîc totas ingeniorũ vires explicate. Retiacã victoriam, Aggeris miracula, Rupellanum triumphum commemorate, deſcribite, exornate. In his argumenta præbentur & linguis & calamis tam varia, tam magnifica, tam regia: vt veſtris operibus, quam ipſa rebus aliis præſtare ſolent, æternitatem ſint allatura. Dicite, non fabuloſum Herculem vitam Lernæo monſtro, quam gladius multiplicabat, ignibus extinguentem: ſed Ludouicũ portento rebellionis, per tela & enſes repullulanti, mortem pietatis facibus inferentem. Dicite non Alexandrum ſpeculari cauea incluſum, & modo Gryphium pennis, velificante mendacio, ſubuectum in aëra; modo pennis Delphinorum ad ima pelagi depreſſum: ſed Ludouicum nũc forti manu prædones Anglos fluctibus & cæcis gurgitibus immergentem, aut profundos Oceani ſinus lato Aggere ſcrutantem; nunc alis pietatis in cœlum & cognata ſydera ſubuolantem. Dicite fortem qui externos hoſtes fuderit; dicite pium, qui fregerit domeſticos. Audiant templa, audiant fora, audiant vrbes

ſolitudines: audiant cum hoc imperio proxima & toto mari diſiuncta regna: audiant præſentes & poſteri: Ludouicum, ſine vllâ ſuorum clade, inſpectante, ac fruſtra auxiliante Anglia, Rupellam, antea inuictam, expugnaſſe; & ex Angliâ eluſâ atque afflictâ fidem & venerationem exteri, ex perduellione repreſsâ ſubmiſſionem & obſequentiam Galli, ex vtriſque iuſtitiam diſcant vniuerſi. Et tu ô ſancta Diuinitas, quod nos votis abſoluimus, factis Ludouicus, tu immutabilibus firma decretis: vt cum tuus ille Ludouicus, & tuo ſingulari beneficio noſter, ſublatis hæreſi, impietate, diſcordia, tibi deuotum, quietum nobis, ſibi ſubditum hoc imperium fecerit, & grandem ætatem, vltimamque lineam ſenectutis attigerit, relicto ſuarum ditionum & virtutum hærede, in terris omnibus fortitudinis trophæa ponat, ducat in cœlo triumphum pietatis. Tuque ô magne Ludouice (nam te poſt Deum compello, quem poſt Deum veneror, & te vt præſentem alloqui videor, quem amor & vota nũquam patiuntur abſentem) Ludouice Magne perge vt facis conſtanter, & iam perrupto rupis illius obice, indulge liberius fortitudini, vt animo tuo ſatisfacias, indulge pietati vt ſatisfacias Deo; nam literatis omnibus



DE CHRISTIANISSIMO REGE LVDOVICO IVSTO EIVSQVE RVPELLANA DIVINITVS PARTA VICTORIA PANEGYRICVS.

A Nobili & ingenuo Adolesc. P. F. de Gondy dictus.



ENOPHONTEM aiunt, eum qui ſuauitate dicendi, & animi fortitudine ſingulari fuit, cùm in Cyro formam vellet abſoluti ab omni parte principis exprimere, excellentiſſimas virtutes magnorum virorum animo comprehendiſſe, atque in eum vanitate dulci verborum contuliſſe vniuerſas. Neque mediocrem verò laudem ex hac licet ementita ſpecie conſecutus mihi Cyrus videtur. Nam cùm ſuis ipſe virtutibus magnus ſemper ha-

bitus eſt, tum influit neſcio quomodo in animum, & quæ maiora dicendo facit, prope omnia vera eſſe perſuadet Xenophontis auctoritas. Quamquam non indoctis & illiteratis hominibus liquidò apparet, atque extat multa ibi ſplendidè cõfertis mendaciis aucta, atque amplificata proferri. Quare remoto de medio Cyro, id iam à ſapientibus, & litteratis video queri, faſne ſit credere, fuiſſe vnquam vllum tanta cumulatum Regem virtute, ac tot naturę dotibus & ornamentis inſignem, quot magno illi Perſarum Regi egregius dicendi auctor affingit. Egò verò vt de ſuperiorum ætatum Principibus viris omittam dicere, quorum vita omnis illuſtri cum laude bello, & pace tranſmiſſa eſt. Ita modò contendo, quę in ficta laudatiſſimi principis effigie attica illa Siren adumbrauit, ea, & multo quidem maiora, ſic in Ludouico Iuſto viua cerni ac ſpirantia, tanquam ex eo vno maximi, atque abſolutiſſimi Principis imago duci debeat. Atque hic vtinam exiſtat aliquis ex oratorum illorum cineribus, quorum vbertate dicendi, & ingenij magnitudine florere olim ac dominari eloquentia viſa eſt. Quem is ſibi hodie in tot ac tantis Ludouici Iuſti virtutibus campum ad di-

cendum aperiret? Quomodo se efferret in eximia eius cùm pietate, tum fortitudine? vt iis ducibus profligatum errorem, infrenatam audaciam, perfidiam victã, ter depulsam ac fugatam Angliam, Rupellam captam, salutem postremò patriæ, orbi, religioni, victis denique ipsis redditam loqueretur, inchoatus tantùm in Cyro à Xenophonte Princeps crederetur, & rudis relictus, in Ludouico vero Iusto à virtute ipsa factus ac politus emineret. Et si in tantis ornamentis ac tanta dicendi varietate metuendum vnum esset, ne non tam suo colore Ludouicus Iustus lucere, quàm adscititiis eloquentię pigmentis, ac blandę Rhetoricę flore pulcher esse videretur. Procul hinc autem cerussa & fucus, ac quælibet adscita pulchritudo, vbi se naturale ingens bonum ostendit, ac nimirum in tanto, & tam eximio Rege in quo virtutes ipsę tanquam soles lucere videntur, fucare aliquid & obducere nefarium esset. Hic est vester opinor sensus, Auditores ornatissimi, ac rectissimus is quidem, mihi certè multò iucundissimus, atque optatissimus accidit. Etenim quanta ex eo iam hinc, humili orationi meę commendatio, quàm excellens fauor & illustris gratia comparatur? Quanto enim

minor eſt in me ſermonis & ingenij, atque adeo bonarum artium facultas, tantò id quod optatis, & amatis omnes elucere per ſe liquidius Ludouici Iuſti virtutes oportebit, ac quemadmodum à ſole videmus, ſimul vt exortus eſt, horridas & opacas vmbras illuſtrari: Ita cùm ex Regis noſtri virtutibus eximius quidam ſe fundat ſplendor, iis orationem meam alioqui informem illuminari, ac veluti luce diſtingui neceſſe eſt; Benignè eadem & amanter, quia nihil eſt aut excogitari poteſt noſtro principe amabilius, audietur. Vnum ergo reliquum eſt modo in quo maximè elaborare debeam, vt modum aliquem in dicendo ſeruare poſſim. Neque enim vbi de tanti ac tam eximij Regis laude dicendum eſt, vnà modò ſe aliqua virtus offert, quæ ſit ab aliis ſecreta tanquam præcipua & ſingularis, ſed cùm virtutes pariter omnes in eo ſpectentur & emineant, ſeſe pariter etiam offerunt ac profundunt omnes, ad eius illuſtrandam gloriam plane vt in præſtantioris delectu nihil ſtatuere anceps ac dubius animus poſſit.

Ecce enim fortitudo imprimis quo animo cedat cuiquam de principatu laudis & gloriæ? quæ vt deuictis hoſtibus plena decori

pulueris, & lemniscatis laureis, & palmis onusta triumphali curru inuehitur, facilè omnes ad sese militum, ac centurionum, virorum etiam principum acclamationes, decora omnia victoriarum, triumphorúmque traducit. Neque verò pietatis debet impar gloria videri, quæ cùm pro suo iure in res Cœlestes omnes summam sibi potestatem attribuit, tum mari ac terris summa omnium consensione sæpè dominata est. Hîc verò vbi de Ludouici Iusti prædicanda virtute certatur, quanto se fastigio supra se attollit? quomodo principem sibi contendit atque amplissimum locum deberi? Nec segnius hoc alię de se commemorant virtutes. Neque Iustitia quæ quod præcipua sit Ludouico ait Regi se nomen dedisse. Neque continentia quæ sic tanquam nitidissima gemma in omni eius vita perlucet. Neque denique prudentia quæ reliquarum est moderatrix temperatrixque virtutum, non demum quælibet alia virtus ab vlla se alia vinci, æquo animo ferat. Quid faciat igitur in tanta virtutum quasi contentione, qui Ludouicum Regem exornandum oratione suscepit. Is opinor ita de virtutibus eius dicat omnibus, vt nullam anteponat alteri, ita de vna vt reliquæ omnes pares & ge-

minæ esse, ac non oratoris aliquo delectu, sed angustiis forte temporis reseruatæ magis quàm exclusæ videantur. Hoc adeo facere mihi certum ac deliberatum est, Audit. & quod istud est nutum sequi imperiúmque virtutum, & quod hæc vna via est, & ratio qua mea finem oratio inuenire possit. Neque verò hic iterum mihi deliberandum est in qua potissimum virtute, quando non videor posse tantulo spatio persequi singulas, vniuersè complectar omnes, hoc hodie pietas quæ omnium Ludouici Iusti victoriarum est parens, atque virtutum, pro suo iure à candidato suo efflagitat.

Et quidem cogitanti sæpe numero mihi de te Ludouice Iuste, quęrere item illud ac dubitare sæpe venit in mentem, ex hoc ne esses caducorum hominum genere, an te à nostra conditione immortalis mens aliqua singulari quodam ad res diuinas studio cultum exemisset. Neque hoc ego vsitato quodam oratorum, & peruagato more dico. Res est eiusmodi Audit. vt eam neque inuidia deterere malitiosè, neque amor ambitiosè nimis ornare, neque vlla facundia satis eloqui possit. Etenim ea signa atque prodigia de Ludouici Iusti singulari pietate diuinitus

oblata sunt, & quæ præmonstrata erant signis ea sunt reipsa consecuta, nihil vt in eo vulgare, ac cum cæteris permixtum, sed singularia omnia ac præcipua spectentur. Vnum est quiddam in hoc genere plane diuinum, quod non præteribo silentio. Nescio quam id in partem accepturi sitis, neque enim est vulgo ante auditum; Sed nihil dicam profectò, quod non grauissima sapientissimorum virorum, qui vel audierunt, vel viderunt ipsi, auctoritate testatum fuerit. Rex igitur noster Audit. Ludouicus XIII. vix benè dum lucem infans aspexerat, Ecce sponte sua manus tenellas pietatis auidior, quàm lactis tendit ad coelum, séque ad Dei summi numen immortale conuertit, tanquam non hominis partu editus puer in lucem, sed Dei manu vir ad pietatem factus & expolitus fuisset.

Hic non dico quæ tum repente tota passim Gallia celebritas, quæ superis in cœlo lætitia, qui demum inferis terror ex hoc alumno tanto religionis acciderit. Etenim non eramus quidem omnes tanti præsagij gnari, paucorum istud oculis ac mentibus continebatur, sed lachrymarum tamen nostrarum votorúmque fœtum tenebamus, superi verò

atque inferi ſigna pietatis futuræ maxima & clariſſima videbant, neque dubium eſt quin iam tum & infernis canibus in lacteolis illis membris herculei tori timerentur, & ex aſſerta & vindicata religione cœlites, omni celebritate ac lætitia triumpharent. Sed qui fuerit infra, ſuprave nos animorum ſenſus omittamus quærere. Ad maiora illa quæ ab his ſanctiſſimis cunis Ludouicus in cœlum excitauit hactenus feſtinat oratio, inde facile diuini præſagij auctoritas conſtituetur. Quantum iſtud eſt, quàm excellens ad pietatis fidem probandam; & quàm illuſtre, quod grauiſſimis temporibus in caſtris, quod domi, quod foris, quod in conſilio, quod in bello gerendo non gregarium militem, non mercenarium, non voluntarium, non principem vllum virum Ludouicus Iuſtus poteſt ferre cuius aut lingua periuriis notata, aut vita luxuria infamis, offenſioni ſit. Nonnulli terrarum ſummi principes id ſibi licere totum in flagitio putant, quod à dominis fieri humana iura ipſo eorum flagitio concuſſa, atque oppreſſa patiuntur. Hinc apud eos illa publicorum morum flamma, atque pernicies, hinc illa familiarum multarum ac primæ nobilitatis labes & turpitudo. Apud Lu-
douicum

douicum verò Iuſtum quidquid licet, virtus eſt: quod volunt iura, hoc docent eius mores, & quamquam publicis moribus iura ipſa interdum reſcindi ac ſæpe etiam incumbentibus vitiis obrui, ac ſepeliri videntur, in Ludouico tamen Rege vſquequaque ſtant, vim etiam ac robur accipiunt, vt peccare iam in diuinas & humanas leges, ſit Ludouicum Regem violare, cuius eſt vita omnis pro legibus. Quare nihil neceſſe eſt omnia me dicta eius, & facta oratione perſequi, quæ quamquam ad religionis amplificandam gloriam clariſſima illuſtriſſimáque ſunt, in eo tamen quia quotidiana ſunt, vix paulo maiore aliqua laude dignantur.

Singulare quiddam eſt ad propagandam pietatem ita rebus ſacris intereſſe, vt feruore ipſo animi, & lacrymis ab ſceleratorum pectoribus reuellas impietatem, ac ſimul omnes qui adſunt ad ſacrarum ac diuinarum rerum cultum amorémque traducas, hoc quia Ludouici Iuſti quotidiani mores oſtendunt, quis tanquam eximium aliquid eſſet, inter eius egregiè facta numerauit? Quam pium eſt porrò curare id regem pro ſua in omnes auctoritate, vt tum ſui ſtipatores corporis, tum conſiliorum & arcanorum conſcij

omnes, expiatis animis diuinam opem implorent, ac sese demum ad bellum sequantur: vt in castris ipsis pij oratores sæpius, quàm classica & tubæ audiantur, vt ante conflictum manus imponant Sacerdotes, ac sacramentis militem velut autorent, in conflictu ipso vt dimicanti & vincenti adsint, vt in ipsa denique victoria nihil ab vllo, non dicam scelerate atque impiè, sed ne insolenter quidem & immodicè fiat prouidere. Hoc ego verò præstātissimæ virtutis & singularis pietatis esse iudico, neque tamen opinor, in Ludouici Iusti excellenti laude ponetur. Quid illud, quàm sanctè simul & quàm magnificè Rupella iam capta dictum à perduelli fidei & regis hoste. Vicisti pietas Augusta. Non animum istum Rupellanis muris duriorem obsidio, non fames, non squallor, luctúsque ciuium, non charissimorum suorum funera, non ipsa prope obiecta mors, ac deditio ad pium vllum sensum inflexerat: Rex semel aspectus immisso velut diuino radio flexit, atque prostrauit. Vicisti pietas augusta, inquit. Nullum ne habeat hæc victoria in oratione mea locum, quia de profligatis, exterminatisque sceleribus pares quotidie triumphos Ludouici Iusti Pietas ducit?

At ſcilicet preces illas nocturnas in caſtris, tam aſſiduas, tam animi plenas cœleſtis, ac plane diuini, non patiar equidem, ſine quacumque mea commendatione præteriri. Dicite mihi tenebræ noctis intempeſtæ, tentoria, pelles, quæcumque Ludouicum Iuſtum in caſtris tegebatis. Vos enim appello. Quoties dum alij ex diuturno labore ſomno reficiebantur, ille vnus vobis conſciis vigili cura laborauit? Quoties piis eius lacrymis dum affixo vobis hæreret vultu, maduiſtis? Quoties inſonuiſtis ad caſtiſſimi eius pectoris percuſſiones, ſingultus, anhelitus? Vox autem illa, vox humana maior, vox homine Deo digna. Da mihi Domine virtutem contra hoſtes tuos, non meos, ſed tuos. Quoties à vobis lacrymas inter atque ſuſpiria excepta, reddita, ſopitorum denique vigilum ad aures, animóſque tranſmiſſa eſt. Ea verò demum pietas excellentiſſima eſt, nō curare ſua quantacumque iactura demum conſequatur, de diuinis verò legibus, ne vel tenuiſſimè perſtringantur plurimùm, ac vehementer laborare. Leniter ac moderatè ferre oppugnari ſe, ac lædi, ſummi numinis iniuriam nullatenus ferre poſſe. Quanquam & aliquid maius ſonat ea vox, eſt enim hoc dicere. Quæcumque

in fortuna naufragia ſubire poſſum, in corpore, in vita, in fama etiam ipſa quamcumque iniuriæ labem leni ferre, ac ſedato animo poſſum, ſi nulla tamen ex hoc meo dedecore ac probro in diuinas leges iniuria redundat. Nam ſi qua redundat (totum quæſo pij Regis animum intimis veſtris pectoribus quod adhuc feciſtis diligenter excipite) in tanta quidem ego inimicorum meorũ atrocitate, ac ſæuitia viuere non omnino moleſtè poſſum, in Dei verò mei tam atroci iniuria, non poſſum. Mihi ergo ſuffice Deus vires, quibus capitales ſacro-ſanctæ legis tuæ hoſtes comprimam, atque percellam. O generoſam vocem! ô vocem dignam, quam poſteritas teneat, futura ſæcula excipiant, immortalitas veneretur. De animo verò à quo profecta eſt quid dicam? Vim eius admirer, excelſitatem, magnitudinem? an Dei cauſa ſui contemptum, demiſſionem, deſpicientiam. Cùm hac quidem altera illa ita implicita cohæret, vt altiſſimo eum animo eſſe neceſſe ſit, quem nulla regiæ dignitatis amplitudo capiat. Sed mox habebit magnitudo animi ſuas partes, nunc agere ſuas pietatem, ac merita frui laude patiamur.

Cùm igitur nuper ſummo res periculo pro-

pior fuisset, atque inflata illa hostium classis, vt improuiso apparuerat, ita nonnihil nostros, vt pote imparatos terruisset. Ecce repente vnde venerat vela conuertit in Angliam. Accurrit ergo ad Regem è specula, conspicua fide vir nobilis, atque is exisse Anglos, eósque vi tormentorum, quibus Buschium promontorium ipse Rex armari iusserat, fractos ac debilitatos exisse, certò denunciat. Hoc vt verum, ita perhonorificum erat Regi, cuius vnius consilio renitentibus etiam multis, & fuerat hoc caput tormentis æneis instructum, & sine sanguine tanta victoria constabat. Quid ad hæc Rex tamen? Magno tum nobilitatis globo erat cinctus, ac iam facilè potest cogitari, quæ subitò, vt aulæ est ingenium, in omnium ore lætitia, laus, gratulatióque fuerit, vt ex omni parte conuenirent omnes, vt certatim Regis ad pedes acciderent, vt illum mali depulsorem, hostium euersorem, belli fulmen, seruatorem denique ac sospitatorem suum appellarent; sed quid hæc inter Ludouicus inquam Iustus. O celeste ac diuinum pectus! nihil enim possum vlterius dicere. Inclinat se, Audit. demissè in genua Regia maiestas, ac profusis multis lacrymis Deo iustos honores, ac debitas laudes,

gratiásque persoluit. Fateor, hoc commemorari à multis sæpe audiui, legi etiam sæpe in spectatissimorum virorum literis, sed nunquam ad oculos, nunquam ad aures tanti facti memoria commendatióq. peruenit, quin repente emollitus animus vberes in lacrymas solueretur. Ac tum quidem puto Ludouice Iuste, ne superos quidem pias lacrymas tenuisse. Quod si fas est de illorum erga pios homines studiis, æquè ac de nostris æstimare, quem cœlitum eorum cuius in Galliis virtus ara tantùm aliqua, aut imagine consecrata sit, ab hoc pietatis spectaculo abfuisse putemus? De singulis longum esset commemorare. De te Ludouice sancte tacere non possum. Quàm tum igitur benignè, quàm amanter Ludouicum tuum, ac verè tuum amplexus es, quem adeo diuini numinis amantem, adeo despicientem ac negligentem sui videbas. Ille suos omnes ora tenere, ac debitas sibi laudes obruere silentio iubebat, tu in eius propriam, & immortalem gloriam beatorum omnium qui tecum in cœlo vitam degunt, ora resoluebas. Erudiebat ille exemplo suo reliquos Reges, & quorundam fastum ac superbiam referenda sua in Deum victoria deprimebat, tu quemadmodum virtute ac pie-

tate, ita rerum geſtarum varietate, & magnitudine omnem potentiſſimorum Regum memoriam vt adæquaret, imò vinceret, efficiebas. Quid amplius? ille maieſtatis ſuæ ac Regalis Purpuræ neglecto ſplendore, totum ſe ſuaque omnia pro aſſerendis diuinis honoribus deuouebat. Tu infundebas illi cœleſtem animum, & de ſua, regníque ſui ſalute, ac victoria optima illum ſpe eſſe, maximáque iubebas. Ab hoc igitur momento, ab hoc veſtigio. Quid dicam? Ludouicus Iuſtus, Auditores, mortali homine maior viſus eſt, ac tanquam bellorum euentus omnes manu teneret, tanquam maria ac terras & ipſas adeo cœli tempeſtates delata ſibi diuinitus regeret poteſtate, nulla potuit aduerſare de præcepta ſpe exoptatæ victoriæ dimoueri. Timere alij tantam vim nauium, & quod ab omni re optimè comparatæ ferebantur, inſuperabilem credere, Rex contra omni lætitia geſtire, auere pugnam, congreſſum optare, nunquam vt in omni vita ſit viſus alacrior. Vt igitur illicò pugnatum eſt, atque hinc ignitis machinis ſæuire hoſtis apparauit, inde tormentis ſine lege libratis ac ſine ordine, quo ſe animo huc & illuc Ludouicus ferebat? vt ciebat acies? vt in caſtrenſem puluerem, in tormen-

torum globos, in media pericula se agebat? Timuimus equidem audientes rem gestam, explorata iam victoria, cohorruimus: Dabis hanc veniam Ludouice Iuste, promptum illum tuum & excellentem animum tacito sensu prope reprehendimus. Quid credere par est tuos in ipsis periculis ad te reflectendum, ac reuocandum adhibuisse? Volitabas tamen nihilo secius, calidus ipso periculo, & securos esse omnes & alacritatem modò suam præstare iubebas: quo animo? nisi quem pietas tua cœlitus eliciebat, hoc est nulli magnitudine & fortitudine pari, ac propriè tuo. Hunc igitur animum tuum alij prædicandum & exornandum suscipiant, neque enim video, quæ vel huius vnius tui facti ac gloriæ par cogitari laudatio possit. Quo magis ab hoc orationis cursu reuocanda est mea, quæ iam implicata ac prope obruta rerum multitudine, quæ cum pietate concurrunt, vix expediendi sui rationem potest inuenire.

Non dicam igitur quomodo virtutes omnes quæ in te præstantissimæ atque illustrissimæ videntur pietati tuæ singulari suum, decus gratiam, nobilitatémque debeant. Sic es prudens in tuorum delectu, vt ij quos tecum habes in Religionis officiis, in consiliis, in ar-

mis,non humana aliqua ratione prouiſi, ſed diuina manu in tuam aulam deducti eſſe credantur. Quæ in iis & quam præſtans auctoritas? quæ vis ingenij? quæ magnitudo mentis? quæ ſcientia rerum? quæ fides arcanorum? quæ conſiliorum maturitas? qui amor tui? atque has eorum pulcherrimas dotes Pietas tua, quaſi in ipſos transfuſa, ſic tanquam regiæ purpuræ flos & ſplendor illuſtrat. Idem de iuſtitia tua ſingulari, de auctoritate, de felicitate, de continentia, de reliquis tuis virtutibus commemorare neceſſe eſt, quarum incredibilis & inuſitata dignitas facit, vt è cœlo deuocari & in mortale pectus allici, non alia quàm diuina, hoc eſt tuæ pietatis illecebra potuerint. Quamquam quid ego hęc moror, quaſi difficile ſit iſta Ludouici Iuſti pietati concedi, cui Rupella, (quo vno verbo, laureæ omnes ac victorię cæterorum Regum omniũ facile cõtinentur) tradita ac conceſſa ſit. Neq. enim alteri Regis virtuti tribuẽda hæc victoria eſt, Aud. neque hac victoria admirabilior poteſt vlla reperiri. Vtrũq. quoad efficere potero, enitar paucis, reliqua oratione cõplecti.

Iam ſexaginta plus minus anni ſunt. Cùm per fœdam iniuriam pietate pulſa, aris, ac monumentis Sanctorum funditus euerſis in Rupellam inuaſit, ferro atque armis accincta im-

pietas. Neque hac crudelitate quaſi primo æſtu furia ſtetit. Conſtituendum illic fuit contra leges humanas, ac diuinas ſummum Imperium. Ad hoc, quaſi fatali quodam malo, hinc quotidianis æſtibus, ac gurgitibus mare, inde altis ac præruptis terra rupibus, omnium inſaniſſimè verò peſtilens hæreſis ciuium animis, ac mentibus incluſa coniurat. Neque longo tempore dum ſic in malum conſpirant omnia, quà ducendis aggeribus, quà turribus ac propugnaculis excitandis validiſsimam in arcem, ac propugnaculum impietatis opus euaſit, Reges itaque noſtri non ſemel accenſi ſunt animis ad eam funditus euertendam, quam, iam tum malorum cauſam omnium fore prouidebant. Inibantur ergo belli conſilia, cogebantur arma, ſed res denique tota irrita concidebat. Interea verò gliſcere illic, ac vetuſtate corroborari audacia, impudentia, vt hac iam parte Rupella longè nimius expugnabilis: quàm quà mare gurgitibus influit, & quà muri ſe tollebant, ac munimenta, crederetur. Et quidem res ita iactabatur communi ſenſu hominum, & Rupella pro re quacumque inſuperabili, apud externas etiam nationes in vulgari ſermone locum habebat. Ergóne diui Superi! Ludouice Sancte! vos Galliarum tutelares ac pro-

pugnatores cæteri! grassari longius hoc regni dedecus ac perniciem sinetis. Efferat illa os suum importunum, ac suis freta viribus erumpat, totáque passim Gallia Sacrosanctas maiorum nostrorum leges, aras, cerimonias, Regiam denique auctoritatem infando scelere, summa impunitate proculcet. Si vos minus perditæ illius, ac desperatæ causa laboratis: At ij commoueant quos aperta vi, quos blandis insidiis, quos spe libertatis in perniciem trahit. Hæc in cœlum pridem iactabatur, ac superos omnes, Deum imprimis facilem ac propitium reddebat oratio. Sed qua via tamen vota commissa tantam vim sceleris, ac tam efferatam in præceps traherent, nesciebamus. Iam scimus autem, iam videmus, vel hac vna re felices, florentes, beati, quòd ad hoc videndum, & oculis, & auribus vsurpandum viuimus. Sed non debet his angustiis tanta lætitia contineri. Audite ergo vicinæ gentes atque prouinciæ: Audite longe dissitæ ac toto oceano remotæ nationes: Cineres ipsi atque vrnæ maiorum nostrorum audite: Credo ad tam optatum, tam felicem, fortunatúmque nuncium reuiuiscetis. Capta, prostrata, domita tandem illa bellua est, quam in mortales, & immortales sæuientem tanta legum humanarum ac diuinarum ia-

ctura vidiſtis, audiiſtis. Iam cubile ipſum tenemus. Nihil armatæ Regum externorum claſſes, nihil innumerabilia, atque aliis inaudita ſæculis tormenta bellorum, non viuaces & ab aquis ipſis ducentes vim robúrque flammæ, non ventis acti & tempeſtatibus immenſi aquarum æſtus, ac vortices, non ipſæ denique triplici muro ac foſſa munitæ arces tutari potuerunt. Capta, ſubacta, domita Rupella eſt. Didicit tandem iugum pati ſuperba; didicit & iam opinor aratrum & vomerem ferre, & qua ſe parte caſtellis & arcibus in cœlum vſque tollebat, ea ſe iam quærit, & campos & ſegetes videt euerſa atque ſuffoſſa. Vt elatam ergo illam, & indomitam nuper ceruicem humi iam proſternit; vt conditiones, ac leges accipit iam, non Rerum domina. Vt regis ſui, ſui inquam victorioſiſſimi Regis genibus aduoluta, perfidiam & ſcelus execrata, manſuetudinem, clementiam, miſericordiam implorat. Et hoc rerum admirabile portentum, hoc ſæculis omnibus memorandum ac prædicandum facinus Ludouici Iuſti Pietas fecit. Patere namque, patere Deo ſacrate! nihil tibi de hac laude à fortuna, à cohorte, à Centurione, à tuo illo magiſtro terrarum conſilio, nihil à lapideo aggere ipſo, ac regia mole decerpi. Hic vnius eſt pietatis

tuæ maximus ac pulcherrimus triumphus. Illa est quæ transire tuos in Ræiam insulam diuinitus instincta compulit, quæ delectis tua manu militibus animum inspirauit, quæ hostes primo impetu fudit, prostrauit, occidit, quæ martium illum non tam Thoracem, quàm animum ab ipsa propemodum deditione liberauit. Quæ verò manus armatorum hominum, quæ vis, à Boschio promontorio instructissimam illam hostium classem tremefecit ac depulit, nisi Pietatis? Eiusdem scilicet virtute, atque opera, dum tuæ naues velut in tranquillo mari modicè fluctuant, propinqua perduellium hominum classis maxima ventorum ac turbulentissima tempestate quassatur. Quid quod aliæ regiones Galliæ prope modum omnes, grauissimis morbis contagione serpentib. infestissimè vexantur, tuæ verò copiæ in tam promiscua generis, omnis hominum turba & colluuie integræ à morbis immunésque sunt, cui tribuas virtuti alteri, quàm diuinæ atque cœlesti, hoc est Pietati? Sed neque repressit maria, nec vehementes illos æquinoctiales æstus, ac vortices fregit tuus obex ille, qui Rupella capta quasi sponte sua desedit. Sustinebat eum tua Pietas ad terrorem hostium, interea dum impendentis mali metu suspensa publica res

erat , vbi verò defuncta periculo vrbem triumphans ac victor ingressus es, tum vasta illa moles, quos antè frangebat, ac retundebat lacerata fluctibus, interclusum ad vrbem nauibus iter repente patefecit, an quod vnius tum denique naturæ valebant leges? an quod ad gloriosissimi illius triumphi vrbisque captæ spectaculum, & oceanum toto alueo & prædones illos qui in anchoris stabant admittere gestiebat? Quid porrò sacratam illam ac deuotã inferis, & in nostrum exitium coniuratam cohortem repentino pauore cohibuit? semel, iterúmque ex Sacramenti lege ad inferendum bellum & perrumpendos nostrorum ordines citantur, dant vela, aspirant venti, adsunt ipsi pronis in mortem animis, & portare se formidinem secum ac fugam, cædémque ac cruorem, contacturos se funeribus diris signa, tela, arma hostium detestando flagitio non iurant modò, sed proris etiam ac telis obuersis & machinis ostendunt. Quid in conatu ipso repente animis concidunt? Quid expallescunt? cuius rei pauore, quo spectro perculsi aduersam aciem non petunt? sinus obliquant, circumeunt, secundis ventis obluctantur, æstum, atque oceanum torquent, cum tempestatibus denique ipsis secúmque confligunt. O cœli ter-

rarúmque verè domina! ô inuicta! ô Regis
nostri,hoc enim est omnia dicere, Augusta
pietas! Tu es quæ repugnante nostrorum nemine
formidinem, ac fugam hostibus quam
precati nobis fuerant iniecisti, tu proiectam
illam audaciam, effrænatos impetus, ratum ac
sua morte securum animum infregisti, excussisti.
Hoc erat profectò Henrice Magne!
quod Ludouicum tuum illis metuendum
tanto interuallo antè dixisti. Is diuini pectoris
motus, is sempiterni ac verissimi numinis
impulsus instinctúsque fuit. Tu quidem illis
pariter metuendus eras, Princeps Victoriosissime.
Sed nondum ipsi furore ac rabie cœci
extremam sibi perniciem accersebant,
nondum contra diuina & humana iura diuulsam
illam à toto regni corpore remp. Dictaturam,
S.P.Q. Rupellanum contumaci
superbia præ se ferebant, nondum cum externis
Regibus de vastanda & euertenda patria
coibant fœdus. Hoc Ludouici tui temporibus
erupturum impium scelus qua eras
solertia præuidisti, eiusdem Ludouici tui notabas
ad pietatem nouos ac mirabiles impulsus.
Quid dicam? non iam mirum est augurio
tuo, tantum ac tam importunum scelus, innocentis
Regis dextera cecidisse. Debuit à
pietate impietas, à consilio temeritas, ab in-

nocentia ſcelus, ſuperbia, inſania, peruicacia abs diuinitus infuſa magnitudine animi ac fortitudine ſuperari. Hæc denique Ludouici Iuſti virtuti pulcherrima palma. Hæc eius ſingulari pietati immortalis Victoria debebatur. O ſolem, ſolem illum beatiſſimum, qui antequam ſe abderet impoſitis legibus effrænatæ vrbi, te Ludouice Iuſte pietate tua ſplendidius quàm armis ſeptum, triumphantem vidit. Felices qui tantum hoc boni optauiſtis: Feliciores qui & vidiſtis: at vos longè feliciſſimi, Heroes magni! qui conſilio, re, opere adiuuiſtis. Illo die ſexcentorum annorum triumphi obruti ſunt. Galliarum hoſtes perculſi, perfidia deleta, ſuperbia confoſſa, ſcelus extinctum eſt. Quanta verò Imperij noſtri rebus ſecuritas? quæ Gallicis armis nobilitas & ſplendor? quod virtuti decus? quæ Religioni poſtremò dignitas, amplitudo, gloria comparata eſt? Nulla igitur dies de tuis laudibus conticeſcet, Ludouice Iuſte. Nulla certè tanti ac tam excelſi facinoris gloriam aſſequetur, cui, quod annales omnium gentium ac populorum literis prodant, par nullum habemus. Annis ſuperioribus rerum geſtarum amplitudine ſuperiorum Regum omnium æquaſti magnitudinem, hodierna Victoria longè ac multùm ſuperaſti. Nos qui-

dem

dem ex vetuſtis Galliarum annalibus, quem habemus tibi parem nominare? Clodoueum? Is certè quod maximi & ſingularis animi eſt, Alaricum Arrianarum partium defenſorem manu ſua interfecit, at gloriosius eſt opinor hæreſeos arcem, quam vnum eius fautorem, Rupellam claſſe regia & muris armatam ſuis, quàm Alaricum Regem manu capere, ac ſi vis occidere; Non minus illuſtre eſt eodem in genere, quod de Sancto Ludouico hiſtoriæ noſtræ monumenta commendant. Gliſcebat eius temporibus ad animorum perniciem exitialis Albigenſium error, ac iam armorum iniuria, quia bonitate cauſæ nõ poterat Tholoſam ipſam ac vicinam latè regionem occuparat. Dux erat ac ſignifer tanti tumultus Raimondus Comes, hunc contra Simo Monfortius florentiſſimis copiis inſtructus, ornatus ipſe ſingulari virtute ac conſtantia mittitur. Quid plura? Inferendis armis confutatur error, quem ad ſanitatem adducere non veritas ipſa, non ius, non æquitas, non ſpectata denique Ludouici Regis innocentia potuerat. Quod lumen igitur tanta caligine abſterſa ſtatim refulſit? Quibus honoribus & quibus gratiis agendis Ludouicum Regem omnes proſecuti ſunt? Dicam id tamen quod verũ eſt Aud. huic Ludouici Sancti Victoriæ

ſummum decus ac pulcherrima palma defuit. Dum enim Albigenſes pueritiam regis, occaſionem ſuam rati ſe ſubito nimis effundunt ad pugnam, Regnante hi quidem Ludouico, ſed Simone Monfortio pugnante funduntur. Hodierno verò facto Ludouici Iuſti quid deeſt? quem tarda inimicorum ſuorum calliditas, dum hinc murorum aggeribus arcere, inde Anglicanis copiis opprimere, iā & alia regni in parte maximo exercitu hoſtilia multa moliendo diſtrahere, ac debilitare cogitat, ſimul & ad opportunitatem belli per ſe gerendi, & ad triplicis victoriæ immortale decus euexit. Neque verò credendum eſt cœlo (quò te ſeri demum nepotes aſſerant Ludouice Iuſte!) minora tibi præmia reſeruari, quem & in adoleſcentia Ludouico Sancto fecit æqualem morum integritas, & iam adulta vixdum ætate, omnium Regum memoria maiorem pietas oſtendit. Agite verò alios conferamus. Quid de Childeberto, Carolo Martello, Pipino, Carolo magno, Ludouico Pio, Philippo Auguſto (niſi mihi videor terrarum deos nominare) quid de iis inquā quod ſit ab eximia fortitudine ac ſingulari pietate profectum, vetere ac recenti memoria celebratur? Infinitum eſſet omnia percenſere. Tota eorum vita ſic pia fuit, vt cœlo

digna videretur: ſic fortis, vt imperio terrarum & principatu celſior. Omnia quæ ab externis ſummis Imperatoribus, aut potentiſſimis populis terra vel mari excellenti virtute geſta ſunt, ſi vnum in locum collata, cum iis quæ vnus aliquis Regum noſtrorum ſumma pietate geſſit comparentur, & numero eorum, & magnitudine vincentur. Quare nolite arbitrari me ita Ludouici Iuſti laudes ſuſcepiſſe, vt ex aliorum imminutione eum ornare atque illuſtrare velim. Non is aliorum damnis, ſed ſua virtute magnus eſt. Adeóque ſic iam dico ac ſine aſſentationis periculo fidenter, audactérque dico, vt noſtrorum Annalium pulcherrima quæque pro fide ac religione geſta replicentur, nihil tamen in iis tantum ac tam excellens vllius oratoris artificio futurum, vt hodiernæ Ludouici Iuſti victoriæ non dicam officere, ſed par eſſe poſſit. Atque vtinam hãc mihi facultatem tempus non eriperet, Auditores, magnam ſcio voluptatem ex hac contentione caperetis. Dicerem dicerem ego Childebertum eodem ictu & Almaricum Alarici filium tyrannum & Arrianæ Hydræ reuireſcentia capita recidiſſe. Neque tacerem de Carolo Martello, quomodo Sarracenos, Friſios, Vuiſigotthos ad conditiones ſuas inuitos armis

compulerit, ac Gregorio tertio Pontifici Maximo non auxilio modò, & ſaluti, ſed honori etiam atque immortalitati fuerit. Hoc commemorarem ipſum de Pipino, Carolo Magno, Ludouico Pio, cæteris, ac tanto quidem illuſtrius, quãto hiſtoriarum noſtrarum literis ampliora eorum facta celebrantur. Atque cùm hæc omnia ſtudiosè conquiſita, ornata etiam atque amplificata in oratione mea ponerem, ac cum vna tantum Rupella tanta animi magnitudine, tanta pietate, tam alienis temporibus, tot aduerſis claſſibus & copiis domita, victa, ſubacta conferrem, non amitterent illa quidem ſuum ſplendorem & dignitatem, eximia enim ſunt ac prope diuina, ſed ſuſpicerent tamen hodiernum Ludouici noſtri facinus, tanquam id, quò nunquam omni ſua virtute nitendo peruenerunt.

Quid de altera verò clementiæ victoria dicam? Ea enim pariter omnino diuina eſt & vnicæ Ludouici Iuſti pietati tota debetur, ſiue quod nullius captiui hoſtis in teterrima proditione ſanguinem vidimus, ſiue quod iis extorta tantummodo ſica, ne ſibi nocerent, videtur. Hoc igitur illorum erit. Perieramus niſi periiſſemus. Imo perieramus cùm videremur eſſe victores, iam victi viuimus. Hoc ho-

ſtes ipſi ſuis ad familiares literis cum illuſtri Regiæ manſuetudinis commendatione prædicant, neque toto animo complecti ſatis poſſunt quomodo tanta, ac tam immenſa clementiæ vis in humano pectore reſidere poſſit. Nouerunt ipſi quibus inimicitiis, & quàm infeſtis odiis in Regem bacchati ſint, omnia inſuper ſua conſilia, dicta, & facta patere, ac luce clariora videri ſatis intelligunt, neque tamen victi ac ſubacti vident in offenſi Regis pectore aut erectum aculeum, aut violentum animum, non inflicti vulneris locum, non vehementiorem vllum ſpiritum agnoſcunt. Quot hic igitur Ludouico Pio Iuſto Auguſto ob ſeruatos ciues coronæ debentur? Nihil certè Regum habet noſtrorum omnium vetus recénſque memoria, quod vlla ex parte, cum hodierna victoria componam.

Nam & ipſe quidem Pater tuus Ludouice! cuius immortali virtute tremefacti vicini populi, vix benedum à metu reſpirant, vt antea regni, ita iam equi, equi illius ſui in ære triumphantis habenas relinquit. Neque enim ſibi pudori eſſe, tibi dignitatis locum relinquere filio ſuo, à quo glorioſum hodie eſt Martellis, Auguſtis, Piis, aliis denique ante ſe magnis ſuperari. Galliam ſe quidem omnem beneficiis deuinxiſſe ad poſteritatis memoriam ſem-

piternis, nullis maioribus quàm quod te ſuum hæredem patre meliorem reliquerit. Sibi tributum à Deo vt Christianiſſimus, imò Christianus factus exitialem illam ſectam non timeret. Tibi vt & te Chriſtianum illa timeret, & Chriſtianiſſimo ſe, victa ſummitteret. Alterum ſe ex integritate morum ac pietate tua ſingulari, afflatu ſimul diuino quodam præſenſiſſe. Alterum vt in tanta naturæ immanitate, in tanta erroris peruicacia, in tanta potentia tuam clementiam humi abiecta, imploraret, ſperaſſe nunquam. Tantò ſe igitur Iuſto minorem agnoſcere quod complectendæ tuæ virtuti pectus nimis anguſtum Magnus habuerit. Ac quidem non eſſe dubitandum, quin maximæ id ſibi laudi, ac voluptati ſit futurum, ſi non equo iam illo celite in quo ſedet æneus, ſed quadriiugo aureo curru gemmeus triumphaturus es. Hunc enim ſe velle ex edito loco triumphum videre.

Hæc Henricus Magnus ex elata illa ſua crepidine loqui mihi videtur, quæ profectò longè triumphis omnibus, & equeſtribus ſtatuis, & inauratis curribus antepono. Neque enim vllum eſt tam excelſum, ac tam illuſtre monimentum ad gloriam quam ab excelſo viro laudari, qui & ipſe pari laude dignus eſt. Quare videte iam Auditores quid ad hanc lau-

dem tam insignem vobis addendum putetis. Mihi enim quidem finem hic facere certum est, quem scio vnum ex omnibus in tanta imbecillitate delectum fuisse, non tam vt Ludouicum victorem exornarem, quàm vt piũ quem ornare nemo pro dignitate posset, sacro silentio venerarer. Quòd si tamen qui sit Academiæ huius vniuersæ de immortali Regis tanti virtute, ac de hodierna victoria sensus quæretur, hoc communi de sententia dico, quod in monumento velim ad sempiternam memoriam extare.

Te LVDOVICE IVSTE PIE AVGVSTE Æternitas omnis felicem, victorem, incolumémque videat. Hoc tantum boni tua causa velle, nostra optare, in Regia tua stirpe amare insuper, ac sperare debemus. Nos antea quidem te semper vno Deo minorem, vt vis & par est, habuimus, nunc te nostræ salutis veluti Deum habemus. Tibi parem Principem tam facilem, ac tã continentem quæ de te audiunt vicinæ, ac remotæ gentes exoptant; si pium etiam ac victorem intuerentur, suum esse vellent. Extrema India corporis imagines tui habere quod scimus ad venerationem voluit. Vicina Italia Ludouicum te sanctum iuniorem dicit. Qui te nuper in illa obsidione videbant sanctitatem tuam admirati, posse te si iu-

beres ſiſtere amnes, ac retro flectere vulgo loquebantur. Nõnulli etiam tibi ſe pulſis languoribus voti conuictos ac reos ſiſtebant. Hæc magna, hæc diuina, hæc immortalia ſunt. Maiora tamen Pius feciſti, & his omnibus tu maior es. Ab hoc igitur Magnitudinis tuæ ſenſu apparare tibi maximum, ac ſingularem triumphũ Lutetia ſtudebat. Noluiſti. Rectè. Videre te, hoc ipſum maximus triumphus eſt. Quid ex tanta victoria reducem, quid tanta pietate, tanta clementia victorem videre? Prorſus. Omnes ſæculorum omnium triumphos æſtimatione noſtra obruiſti. Impoſito munere perfunctus ſum. Eò iam redeo vnde paulum deflexi. Teque LVDOVICE PIE AVGVSTE omni laudatione maiorem pedibus tuis aduolutus, tibi deuotus ſacro ſilentio colo, venerórque.

FINIS.

DAVIDIS
REGIS


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm